BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
22 B
13

VIIII G 19 20

13-21, G, 72

H.IV.4.

PISTI ALETHINI

EPISTOLARUM

AD AUCTOREM ANONYMUM

OPUSCULI INSCRIPTI

QUID EST PAPA?

TOMUS I.

MDCCLXXXVII.

Digitized by Google

S. Leo Magnus Epist.X. ad Episcopos per Viennensem Provinciam constitutos. Cap. I.

Christus Petrum „ in consortium individuae unitatis assumtum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo: *Tu es Petrus etc.* ut aeterni templi aedificatio mirabili munere gratiae Dei in Petri soliditate consisteret; hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas posset appetere, nec portae contra illam inferi praevalerent. Verum hanc Petrae istius sacratissimam firmitatem, Deo, ut diximus, aedificante constructam, nimis impie vult praesumtione violare, quisquis ejus potestatem tentat infringere favendo cupiditatibus suis, et id, quod accepit a veteribus, non sequendo etc.

S. Theodorus Studita Lib.II. Epist.LXIII. ad Naucratium.

Μαρτυρῶ ἄρτι κατενώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἑαυτοὺς ἀπέῤῥηξαν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, τοῦ κορυφαιακοῦ Θρόνου, ἐν ᾧ Χριστὸς ἔθετο τὰς κλεῖς τῆς πίστεως, ἧς οὐ κατίσχυσαν ἀπ' αἰῶνος, οὐδ' αὖ κατισχύσουσι μέχρι συντελείας πύλαι ᾅδου, τὰ τῶν αἱρετικῶν δηλαδὴ στόματα·

„ Testor nunc coram Deo, et hominibus: Se ipsos [Anonymus, ejusque Symmystae] separarunt a corpore Christi, et SUPREMO VERTICALI THRONO, IN QUO CHRISTUS CLAVES POSUIT FIDEI, adversus quam non praevaluere a seculo, nec praevalebunt usque ad consummationem [seculi] portae inferi, ora scilicet haereticorum „.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO

I. Quum ante hos annos quinque elatum, divulgatumque fuisset, PIUM SEXTUM Pontificem Maximum, Catholicae Reipublicae causa, iter in Germaniam aut instituisse, aut brevi esse instituturum, Viennensis quidam, audax scilicet vir, impotens, maleque in sedem Apostolicam animatus, qui plane prospexerat, cives orthodoxos suos, ubi summum Christi Servatoris Vicarium vidissent, egregia exempla edituros suae in ipsum, inque Petri cathedram pietatis, libellum germanice composuit, ac publicavit inscriptum: *Quid est Papa?* quo quidem speravit fore, ut illi ab doctrina, quam de Petri ejusdem, Successorumque primatu a majoribus accepissent, deficerent, deterrerenturque, ne plus ei Pontifici honoris adhiberent, quam deferre cuivis Episcopo consuessent. Atque illius tam confidentis, et intemperantis, quem dixi, Viennensis viri, etsi tam certum est nomen, quam est incerta religio; est tamen vafrities, atque immoderatio animi tanta, ut quo licentius debaccharetur, suum ipsum nomen celarit; et quo facilius imprudentes, incautosque deciperet, sese simularit catholicum. Quumque intelligeret, agi ab se quidquam veritate nequire; agendum perpetuo sibi esse

putavit fraude. Itaque Patrum, aliorumque Scriptorum loca aut amputans, atque decurtans, aut mutans, aut interturbans vitiavit; epistolas ipsis, libros, commentarios attribuit, de quibus scribendis, fingendisve illi ne somniando quidem cogitarant; iisque sententias affinxit, quas certe ab iisdem fuisse reprobatas compertum esset. His artibus cum se Germanis persuasisse existimarit, Primatum Apostoli Petri, sua opera, esse sublatum; dejectum de gradu Romanum Pontificem; constitutum cuivis Episcopo omnino parem; eoque demum redactum, ut quidquid ubique terrarum jam usque a primis Christianae societatis temporibus dignitatis, auctoritatisque obtinuit, id fuerit non divino munere, sed beneficio Ecclesiae consequutus; cum haec, inquam, Germanis sese persuasisse existimarit; tum perverteritne divinam de dogmate summa constantia, consensione, vetustate robusto traditionem; an eluserit definitiones synodorum non provincialium modo, sed etiam oecumenicarum, verteritque in dubium Evangelii veritatem, non aeque sibi curandum duxit. Qua ex prava sentiendi, scribendique ratione intelligi plane potest, quam apte in hoc illius Opusculum cadat, quod Innocentius I. Pont. Max. de libro Pelagii haeresiarchae dixerat: „ „ Librum evolvimus, in quo legimus esse conscri- „ pta multa blasphema, nihil quod placeret, nihil

„ quod non penitus displiceret, a quovis damnan-„ dum, atque calcandum, cujus similia, nisi qui „ ista scripserat, nemo alter in mentem reciperet, „ atque sentiret (1) „.

II. Fuere propterea, qui erroris odio concitati, incensique studio retinendi, tuendique veri, illud idem opusculum graviter, solideque refelli cuperent, ac publicis execrationibus ab sede Apostolica explodi, dirisque devoveri vellent; haud certe secus, quam Patres, finiendarum controversiarum gratia, condemnari a Romanis Pontificibus postularant pestilentes libros, perniciosasque opiniones haereticorum (2). Quodsi non defuerunt, qui onus sibi ejus oppugnandi susciperent magna et sui laude, et orthodoxae germanae plebis utilitate; cum tamen errores, quibus est refertum, adeo pateant, ut facile deprehendi a quovis possint, qui vel leviter sit imbutus doctrina religionis; ventum ultro in eorum sententiam est, qui con-

(1) *Epist.* XXXI. *Tom. I. Epistolar. Romanor. Pontif. n.* V. *pag.* 903. *Edit. Paris. an.* 1721.

(2) Confer Epist. Synodicam Concilii Carthaginiensis an. 416. quae Epist. est inter Innocentianas XXVI. num. 1. pag. 869. Tom. I. Epistolar. Romanor. Pontific. Edit. Paris. an. 1721. Synodicam item Epistolam Milevitani Concilii an. ejusd. quae num. XXVII. ibid. est, pag. 877. et Epistolam quinque Epiſcopor. Africanor. ad Innocentium I. Ibid. p. 887. Libellum Paulini, Diaconi olim S. Ambrosii, ad Zosimum Papam n. 1. ſeqq. Ibid. pag. 974. Lib. S. Prosperi contra Collatorem cap. V. num. 3. p. 183. sqq. Edit. Venet. an. 1744. et cap XXI. pag. 208. Epist. S. Cyrilli Alex. ad Caelestinum, quae est VIII. inter ejus Pontificis Epistolas num. 1. pag. 1086. sq. Tom. I. Epist. Rom. Pont. etc.

temnendum illud potius, oblivioneque perpetua conterendum arbitrarentur, quam refutandum novis lucubrationibus, notisque censurarum configendum, atque damnandum. Quae sane sententia eo est visa probanda magis, quod ne cogitari quidem sine injuria posset, tam rudes, tamque imperitos dogmatum christianorum esse Germanos catholicos, aut tam desides, immemoresque sempiternae salutis suae, ut vel prorsus ignorent, vel investigare ipsi per sese nequeant, vel ab iis, quibus diligentibus, fidisque pastoribus, ac magistris sunt hactenus usi, discere recusent; cum tamen contra recte adeo sese institutos, adeo stabiles, atque constantes in veritate colenda praebuerint, ut nihil commoti venenati, pestiferique libelli lectione, statim atque Pium fines Germaniae attigisse, et qua iter directurus esset intellexere, ipsum veneraturi obviam ei ultro processerint; cumque is Pontifex Viennam inde, maxima omnium ordinum laetitia, pervenisset, ac honorificentissime, magnificentissimeque exceptus esset; perplures ad eum, Petri successorem, summumque adeo Vicarium Christi visum, concurrerint; adierint reverenter more majorum; utque ipsis bene et diceret, et praecaretur petierint; multisque aliis indiciis commonstrarint, suam erga Sedem Apostolicam pietatem, ac fidem conspicuam, et perennem fore.

III. Atenim cum nihil tam leve, tam ineptum,

tam fallax sit, quo etiam non abutatur ad nocendum perversitas; sectarii nescio qui rati, multo plures sibi erroris socios esse adscituros, quam sibi in Germania adsciscere potuissent, si quae eodem opusculo continentur, in aliarum quoque gentium notitiam pertulissent; in eo sibi esse duxere nervis omnibus contendendum, ut illud de Germanica in Gallicam primum, tum in Italicam, postremo in communem Graecorum linguam converterent, atque ita conversum formis excudi, ejusque exempla quoquoversum disseminari, asportarique ad extremas usque oras Graeciae curarent.

IV. Id cum mihi nunciatum esset, providissemque, quantum in discrimen plebs catholica tot in regionibus adduceretur; nullam moram interponendam putavi, quin meis popularibus, neque vero his modo, sed ceteris etiam fratribus in Christo Jesu, ubiubi essent, opisque egerent, quoad studio, diligentia, labore possem, suppetias venirem. Quemadmodum autem opis non egeant ii, qui aut libris careant, quos sit necesse detegendae fraudis causa versare; aut si non careant, tantum non habeant otii, ut eos considerate, atque meditate legant; aut si otio abundent, ac legant, vel implicentur subtilitate, sublimitateque orationis, vel plane non intelligant ob ingenii sive ἀπαιδευσίαν, sive tarditatem? Atque hi sane, qui Patres, qui Synodos, qui successores B. Petri singula-

ri semper, justaque veneratione sunt prosequuti, cum constitui sibi ante oculos tot sententias, velut ex Patrum eorumdem, Synodorum, Antistitum Romanorum fontibus haustas, plana, facili, vulgari oratione expressas cernant, quibus quidem sententiis, effici videatur, Romanum Episcopum non esse jure divino ceteris sacrorum praesidibus dignitate, auctoritateque praestantiorem, sed ipsis munificentia solum, beneficioque Ecclesiae honoris gradu praecedere; eumque contra jus fasque permulta sibi arrogasse, ac vi, artibus, fallacia ad amplitudinem tantam, potestatemque venisse; cum hasce, inquam, aliasque generis ejusdem sententias magno quidem numero, quasi a Scriptoribus orthodoxis, praesertim a Patribus, a Conciliis, a Pontificibus Maximis acceptas, incomto, simplici, populari sermone proponi sibi rudes populi videant; quo se vertent, quid agent, qua ratione sese ab laqueis sibi instructis expedient, quibusque praesidiis evadent seductionis periculum? Profecto, nisi quis exsistat, qui propalam dolos, fraudes, fidem malam collocet veteratoris, qui inducendorum pravorum dogmatum furiosa cupiditate incensus, sententias illas vel sit ipse commentus, vel adulterarit; verendum est, ne indoctum vulgus splendore captum magnorum nominum Cypriani, Basilii, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Leonis Gregorii etc. quos tam fidenter testes erroris appellari

legat, vel audiat, eo denique deducatur, ut aut falsidico assentiatur, aut nutet, quorum alterum hominum fidem oppugnantium est, alterum deserentium. Itaque ego is, qui mecum constituissem, quantum cura, opera, assiduitate possem, a meis civibus, ceterisque catholicis, quibus detegendae fallaciae prona facultas deesset, id quidquid est periculorum, avertere; collegi ipse me, cumque execrandum opusculum rursum percurrissem, et quae illo sunt comprehensa, attente omnia circumspexissem, notassemque loca, quae depromta e majorum monumentis dicerentur, eaque cum genuinis ipsis monumentis diligentissime contulissem; hisce me tandem Epistolis perscribendis dedi, curaturus inde, ut italice, graeceque reddantur. Atque his quidem Epistolis certum habeo, demonstrasse aperte me, plura in id opusculum malignitate, impotentiaque animi inlata esse ab Auctore, quae sunt inimica sanctae Religioni; nihil vero germana, integrave fide adductum, aut indicatum, nihilque in eo statutum, quod non palam cum ortodoxorum Scriptorum, Synodorum, Pontificum doctrina pugnet.

V. Etsi vero haec ab Auctore non digesta ordine, sed ruptim omnia, perturbateque congesta viderim; nolui tamen novam *οἰκονομίαν*, methodumque statuere; sed suis ipsum vestigiis sum persequutus *σχεδιάζοντα*, ut ii qui Epistolas easdem meas cum

ejus opusculo illo comparare vellent, assequi commodius, ac pernoscere plane possent, nihil reliquisse me, quod non solide, vereque dispulerim, neve quidquam aut suppressisse consulto, aut oscitanter praetermisisse, quod grave, consideratuque dignum esse videretur. Id vero cum elatus studio diligenter exsequi curassem, atque inde animadvertissem, opus hoc meum plus aliquanto crevisse mole, quam initio cogitaram; dividendum censui in Tomos duos, inque horum extremum secundum Appendicis loco opusculum idem adversarii eo consilio rejeci, ut copiam cuique illius pervolvendi, cumque meis epistolis conferendi darem, simulque dijudicandi, ignaviterne illud, sive ἀσθενῶς, an strenue, ac valide oppugnarim.

VI. Prelo jam cum priorem Tomum commisissem, ecce non multo post PII VI. Pontificis Maximi litterae gravitatis, dignitatis, veritatis, auctoritatisque plenae, quibus posteaquam Auctori opusculi male nati larvam detraxit, atque ejus et invisum patefecit nomen, et detestanda, execrata, proscripta opera commemoravit; tum auctorem eumdem in exitiabili, de quo agimus, libello multa peccasse ostendit, ac manifestis, certissimisque Scripturarum, et Traditionis divinae monumentis copiose, invicte, perspicue sane demonstravit, eum ipsum rerum novarum cupidum Auctorem enormiter ab orthodoxo dogmate

Digitized by Google

dissidere. Qui sane Pontifex cum singulari, exquisitaque eruditione praestet, flagrantique studio ardeat custodiendae, propugnandae, propagandae catholicae religionis, et Caput sit, Pastor, Gubernator, Christiani gregis universi divinitus constitutus, ac superiores sanctos Pontifices imitatus (1) illustria exempla semper, hoc praesertim in genere, dederit Pasto-

(1) S. Anastasius I. Epist. I. ad Jo. Hierosolymitanum Tom. I. Epistolar. Romanor. Pontif. Edit. Paris. an. 1721. Opera quaedam Origenis, quae notata jamdiu a S. Pontiano P. M., redditaque multo post a Ruffino latine fuerunt magno sane periculo orthodoxae plebis [an. 401. num. 4. pag. 726.] scripsit hoc modo: „ Discere hoc loco libet, quid agat in „ Romanam linguam ista translatio? Approbo, si accuſat auctorem, et execrandum factum populo prodit, ut justis tandem odiis „ teneatur, quem jamdudum fama „ constrinxerat. Si vero Interpres „ tantorum malorum conſenſum „ praestat, et legenda prodit in populos, nihil aliud ſui opera laboris „ extruxit, nisi ut propriae veluti „ mentis arbitrio haec, quae ſola, „ quae prima, quae apud Catholicos „ Christianos vera fide jam exinde „ ab Apostolis in hoc uſque tempus „ tenentur, inopinatae titulo assertionis everteret. Absit hoc ab „ Ecclesiae Romanae catholica disciplina. Numquam profecto eveniet, aliqua ut haec admittamus ratione, quae jure, meritoque damnamus. Quapropter illa toto orbe „ Christi Dei Nostri diffuſa providentia probare dignabitur, accipere nos omnino non posse, quae „ Ecclesiam maculent, probatos mores evertant, aures circumstantium vulnerent, jurgia, iras, „ dissensionesque disponant ... Mihi „ certe cura non deerit, Evangelii „ fidem circa meos custodire populos, parteſque corporis mei per „ spatia diversa terrarum, quantum „ possum, litteris convenire, ne qua „ profanae Interpretationis origo „ subrepat, quae devotas mentes, „ immissa sui caligine, labefactare „ conetur .... Dissimilis a reo non „ est qui alienis vitiis praestat assensum. Illud tamen tenere te „ cupio: (Interpretem) ita haberi a „ nostris partibus alienum, ut quid „ agat, et ubi sit, nescire cupiamus. Ipſe denique viderit, ubi „ possit absolvi „.

ralis curae, sollicitudiuis, magnitudinis animi, constantis susceptionis laborum, vigilantiaeque suae; tum *partibus sui corporis per spatia diversa terrarum* prospecturus, ovesque sibi creditas a pestilentibus pascuis avocaturus, docuit, quae sit ad fidei veritatem via, et quam immane ab ea opusculum illud tam pravum, tamque late sparsum, disseminatumque distet; inde ipsum uti continens propositiones temerarias, scandalosas, schismaticas etc. haereticas, aliasque ab Ecclesia reprobatas damnavit; atque ad extremum, gravi non obtemperantibus indicta poena, pro suprema sua in re Christiana publica auctoritate, cavit, ne quis illud retinere, ac legere auderet. Has ego Pontificis tanti litteras huc esse transferendas judicavi, quod plane confiderem, me pergratum esse lectoribus facturum. Sic autem habent.

PIUS PAPA SEXTUS

Ad futuram rei memoriam.

Super soliditate Petrae fundatam a Christo Ecclesiam, Petrumque singulari Christi munere prae caeteris electum, qui Vicaria potestate Apostolici Chori Princeps existeret, totiusque adeo Gregis pascendi, Fratres confirmandi, totoque Orbe ligandi, ac solvendi summam curam, auctoritatemque in Successores omni aevo prorogandam susciperet, DOGMA CATHOLICUM EST, quod ore Christi acceptum, perenni Patrum praedicatione traditum, ac defensum, Ecclesia universa omni aetate sanctissime retinuit, saepiusque adversus Novatorum errores Summorum Pontificum, Conciliorumque Decretis confirmavit. In hoc scilicet Apostolicae Cathedrae Principatu firmum voluit Christus, constrictumque teneri unitatis vinculum, quo Ecclesia per universum Mundum propaganda, ex membris quantumcumque dissitis, mutua omnium in uno Capite consociatione, in unam corporis compagem coalesceret, fieretque adeo, ut hujus vis potestatis non tantum ad primae Sedis amplitudinem, sed et maxime ad corporis totius integritatem, incolumitatemque valeret. Minime proinde mirum, quotquot omnibus retro saeculis extitere, quibus antiquus humani generis hostis hostile suum in Ecclesiam odium infudit, in hanc

primum Sedem irruere consuevisse, qua unitatis firmitas continetur, ut disjecto, si fieri posset, fundamento, ac dirempta Ecclesiarum cum Capite conjunctione, qua potissimum nituntur, vigent, ac efflorescunt, ipsammet Ecclesiam fractis viribus misere afflictam, ac dilaceratam, libertate spoliarent, qua Christus eam donavit, indignaeque servituti addicerent.

Hos inter, paucos ante annos, procacis vir ingenii, damnatis dudum opusculis, nimium jam notus *Eybel*, novo exemplo infesti sui in Nos, et Apostolicam hanc Sedem animi testimonium edidit: qui nempe audito nuntio itineris a Nobis Religionis causa suscepti, libellum suis popularibus obtrudere properavit, hac inverecunda inscriptione: *Quid est Papa?* quo plenum illud pietatis studium, quod adventus Nostri expectatio commoverat, restingueret; ipsumque decus Pontificiae Dignitatis in Sacerdotalis Ordinis invidiam, popularisque coetus contemptum adduceret. Non tamen passus est misericors Deus,improbi eum voti compotem fieri; quippe tanta ipsorummet suorum, quos abalienare a Nobis studuerat, celebritate, et frequentia, tanta omnium Ordinum gratulatione, ac plausu excepti sumus, prorsus ut perspicuum fieret, quamquam nullis Nostris meritis in Petri Sedem, Divina disponente Providentia, evecti sumus; Divino tam en Numinis ejusdem

Digitized by Google

dem consilio provisum esse, ne honori, qui Petro debetur, Successoris indignitas obesset.

Ac tum quidem abstinendum duximus a Libello merita damnatione notando; primum ne suspicacioribus, qui non desunt hominibus, dolori potius Nostro indulsisse, quam officio paruisse videremur: dein quod oblivione protinus obruendum videri poterat Opusculum ejusmodi, quod tenue per sese nil momenti afferret praeter procaciorem quamdam in veteribus calumniis retexendis licentiam. Nuper vero cum acceperimus, levitate ipsa operis factum esse, ut, qui semper parati sunt superseminare zizania inimici homines, repetitis illud typis, nec patrio tantum sermone, sed et in alios plures, quin et in *Graecam* vulgarem linguam translatum longe, lateque divulgari curarent, hoc nimirum consilio, eaque spe inducti fore, ut scripti jocularis licentia non paucos ad legendum alliceret; Scriptoris in affirmando confidentia incautis, qui nec pauci sunt, illuderet; nullam Nobis moram interponendam novimus, quominus gliscenti malo in dies, quantum in Nobis est, occurramus; omnique studio, et opera enitamur, ut qui pacem, et unitatem Ecclesiae scindere quaerunt (utinam non domestici hostes) ad saniora consilia revocentur, aut ne horum fallaciis irretiti bonarum etiam mentium Fideles ab Orthodoxae Fidei constantia in profanas insurgentium errorum novitates miserrime abducantur.

Et sane cum monente *Augustino*, (1) in Cathedra unitatis posuerit Deus doctrinam veritatis; contra infelix iste Scriptor nil non molitur, quo hanc Petri Sedem modis omnibus vexet, ac oppugnet, qua in Sede constitutam Patres unanimi sensu Cathedram eam coluere (2), *qua in una unitas ab omnibus servaretur; e qua in reliquas omnes venerandae communionis jura dimanant*;(3) *ad quam necesse sit omnem Ecclesiam, omnes, qui undique sunt, Fideles convenire* (4). Non ille veritus est fanaticam turbam appellare, quam prospiciebat ad aspectum Pontificis in has voces erupturam: Hominem eum esse, qui Claves Regni Coelorum, cum ligandi, solvendique potestate a Deo acceperit; cui non alius Episcopus exaequari valeat, a quo ipsi Episcopi auctoritatem suam recipiant (*), quemadmodum ipse a Deo supre-

(1) Epist. 105. n. 16. Edit. Maur.

(2) Optat. Milev. Lib. II. Cap. II. contra Parmen.

(3) Ambros. Epist. XI. num. 4.

(4) Iren. Lib. III. c. 3.

(*) Id Eybelius in catholicos jactat, quos audet fanatismi arguere. At tale quidpiam cum catholici ipsi dixerint, eo certe sensu, eaque significatione dixere, qua S. Leo Magnus, dum Epist. x. ad Episcopos per Viennensem Provinciam constitutos Cap. IV. p. 38. scriberet: „Hujus muneris Sacramen„tum ita Dominus ad omnium „Apostolorum officium pertinere vo„luit, ut in B. Petro Apostolorum „omnium summo principaliter col„locarit, ut ab ipso, quasi quodam „capite dona ſua velut in corpus „omne diffunderet, ut exortem se „mysterii intelligeret esse divini, „qui ausus fuisset a Petri soliditate „recedere. Et Serm. III. Cap. II. pag. 8. Tom. I. S. Petrus „ab ipso „charismatum fonte tam copiosis „est irrigationibus inundatus, ut „cum multa solus acceperit, nihil „in quemquam sine illius participa„tione transierit... Huic viro con„sortium potentiae suae tribuit di-

mam suam potestatem accepit : Eumdem porro Vicarium esse Christi, Caput Ecclesiae Visibile, Judicem Supremum Fidelium. An ergo, quod horribile dictu, fanatica fuerit vox ipsa Christi Claves Regni Caelorum cum ligandi, solvendique potestate Petro pollicentis, quas Claves communicandas caeteris, post *Tertullianum* (1), Petrum solum accepisse *Optatus Milevitanus* (2) profiteri non dubitavit? An fanatica dicenda tot solemnia, totiesque repetita Pontificum, Conciliorumve Decreta, quibus illi damnati sunt, qui negarent, in Beato Petro Apostolorum Principe Successorem ejus Romanum Pontificem constitutum a Deo Caput Ecclesiae Visibile, ac Vicarium Jesu Christi; ei regendae Ecclesiae plenam potestatem traditam, veramque ab omnibus, qui Christiano nomine censentur, obedientiam deberi; atque vim eam esse Primatus, quem *Divino jure* obtinet, ut caeteris Episcopis non honoris tantum gradu, sed et supremae potestatis amplitudine

b 2

„ vina dignatio, et siquid cum eo „ commune ceteris voluit esse principibus, numquam, nisi per ipſum „ dedit quidquid aliis non negavit. „ In Petro omnium fortitudo munitur, et divinae gratiae ita ordinatur auxilium, ut firmitas, quae „ per Christum Petro tribuitur, per „ Petrum Apostolis conferatur „. Neque aliosrum accipienda haec sunt, quam S. Optatus Milevitanus acceperit, qui Lib. VII. Cap. III. pag. 101. Edit. Antuerp. an. 1702. animadvertit: „ Praeferri Apostolis „ omnibus meruisse (Petrum) et „ claves regni caelorum communicandas ceteris solum accepisse „.

(1) Tertull. Scorpiac. cap. 10.

(2) Optat. Lib. VII. num. 3.

Digitized by Google

antecellat? Quo magis deploranda est praeceps, ac coeca hominis temeritas, qui tot Decretis damnatos errores infausto suo Libello instaurare studuerit; qui dixerit, ac per multas ambages passim insinuarit: Quemlibet Episcopum vocatum a Deo ad gubernationem Ecclesiae non minus quam Papam, nec minori praeditum esse potestate: Christum eamdem per sese Apostolis omnibus potestatem dedisse: Quidquid aliqui credant obtineri, et concedi solum a Pontifice, posse, idipsum, sive a consecratione, sive ab Ecclesiastica Jurisdictione pendeat, perinde obtineri a quolibet Episcopo: Voluisse Christum, Ecclesiam Reipublicæ more administrari: Ei quidem regimini opus esse Praeside pro bono unitatis, verum qui non audeat se aliorum, qui simul regunt, negotiis implicare; privilegium tamen habeat negligentes cohortandi ad sua implenda munia: Vim Primatus hac una praerogativa contineri supplendae aliorum negligentiae, prospiciendi conservationi unitatis hortationibus, et exemplo: Pontifices nil posse in aliena Dioecesi praeterquam extraordinario casu: Pontificem Caput esse, quod vim suam, ac firmitatem teneat ab Ecclesia: Licitum sibi fecisse Pontifices violare jura Episcoporum, reservareque sibi absolutiones, dispensationes, decisiones, appellationes, collationes Beneficiorum, alia uno verbo munia omnia, quae singulatim recenset, atque velut indebi-

tas, ac Episcopis injuriosas reservationes traducit.

Atque ille quidem ad fidem suis hisce dictis non tam conciliandam, quam quoquo modo surripiendam, nomina longa serie praetendit Sanctissimorum Patrum, quorum decerptis hinc inde, maleque adductis sententiis insigni fraude abutitur, dum ea loca recenset, quae faciunt ad commendationem Episcopalis Dignitatis, alia reticet, quibus illi singularem Pontificiae Potestatis praestantiam extulerunt. Qui, si adessent, impudentem hominis calumniam ea voce refellerent, qua Sedis Apostolicae Principatum, suumque in eam obsequium non praedicarunt modo, sed et immortalibus Scriptis ad omnem futuri temporis memoriam testatum reliquerunt: *Cyprianus* ipse (1), cujus haec sunt verba: Deus unus est, et Christus unus, et una Ecclesia, et Cathedra una super Petrum Domini voce fundata: Qui Petri Cathedram profitetur Ecclesiam principalem, unde unitas Sacerdotalis exorta est, ad quam perfidia non possit habere accessum (2).

Chrysostomus (3) aperte declarans, potuisse Petrum jure suo Successorem in proditoris locum eligere: Quo jure ex Primatu ducto Petrus ipse deinceps, primique Petri Successores usi sunt, dum per omnem Occidentem Ecclesias fundarunt, eisque vel ante

(1) Epist. 43. al. 40. et insuper Epist. 55. al. 52.

(2) Epist. 59. al 55.

(3) Homil. 3. in cap. 1. Act. Apostolor.

omnem Synodum Episcopos praefecerunt , quibus Gregis regendi portionem assignarunt, tum definitis regionibus unam Sedem designarunt, cujus Antistes caeteris Apostolica auctoritate praesideret. De qua Ecclesiarum institutione *Innocentius I.* (1) velut de re manifesta testimonium edidit luculentissimum, quo intelligere quisque valeat, Pontificiam Auctoritatem non ex constituta ante per Synodos Disciplina prodiisse , sed constitutae per Synodalia Decreta Disciplinae praeluxisse (2) . Quem etiam Pontificem , compertum est , Antiochenam Ecclesiam , Caput Orientalis Dioeceseos Decretis suis ordinavisse .

Epiphanius (3) qui Ursacium , et Valentem poenitentia ductos testatur Julio Romano Pontifici libellos obtulisse , quibus errorem suum deprecarentur , atque ad communionem , et poenitentiam admitterentur .

Hieronymus (4) , cui profanus erat quisquis non Cathedrae Petri communione consociaretur , super quam Petram sciret aedificatam Ecclesiam , atque adeo ab uno Damaso in gravissimis concertationibus, ut loquendi , ita et communicandi auctoritatem sibi dari efflagitabat .

Augustinus (5) , qui se in Scripturis Sanctis testatur didicisse, Primatum Apostolorum in Petro

(1) Epist. ad Decent. Eugub.
(2) Epist. ad Alex. Antioch.
(3) Haeres. 68.
(4) Epist. 57.
(5) Lib. 1. de Bapt. cap. 1.

excellenti gratia praeeminere : Illum Apostolatus Principatum cuilibet Episcopatui praeferendum : Romanam Ecclesiam, Petri Sedem, eam esse Petram, quam non vincunt superbae Inferorum Portae. Quo alia refellitur Scriptoris calumnia, dum Petrae nomine, super quam Christus aedificavit Ecclesiam suam, non Personam, sed fidem, aut confessionem Petri vult potius esse intelligendam. quasi Patres ii, qui, pro mira fecunditate Scripturae, Petrae vocabulum eo quoque retulerunt, litteralem illum sensum, quo ad Petrum ipsum directe refertur, deseruerint, ac non etiam apertissime retinuerint. Sic et Magister Augustini *Ambrosius* (1) : „ Ipse est Pe-„ trus, cui dixit : *Tu es Petrus, et super hanc Petram* „ *aedificabo Ecclesiam meam* : Ubi ergo Petrus, ibi „ Ecclesia „. Haec una vox Patrum, haec Doctorum perpetuata traditio, quam ex majoribus collectam paucis hisce verbis complexus est, Eugenium alloquens, *Bernardus* (2) „ Tu es cui Claves traditae, cui „ Oves creditae sunt .... habent alii assignatos sibi „ greges, singuli singulos : Tibi universi crediti, „ uni unus. Nec modo Ovium, sed et Pastorum. „ Tu unus omnium Pastor „. Hoc lacte Doctrinae nutriti sunt quotquot in Ecclesia Christi adoleverunt : hoc, si recordari volent, a pueritia imbuti,

(1) Enarrat. in Psal. 40. num. 30. (2) Lib. II. de Consid. cap. 8. et Hymno I.

quotquot nunc omni vento doctrinae circumferri se patiuntur. Semper ex Evangelio proditum, pascendas Oves Petro a Christo commendatas, non item Petrum Ovibus pascendum.

Nec vero a Patrum traditione Synodi Œcumenicae (1) unquam recessere. *Chalcedoneses Patres* Petro se audientes praebuere per os Leonis loquenti; nec a quovis Antistite, sed ab Leone tanquam Capite cum implorata confirmatione, actionum suarum firmitatem noverunt esse repetendam.

Octava generalis Synodus (2) *Actione prima* perlectum libellum probavit, seu Formulam, qua post praeclara multa de Romani Pontificis auctoritate perscriptum erat, qui sequestrati essent *a communione Ecclesiae Catholicae, idest non consentientes Sedi Apostolicae, eorum nomina inter Sacra non recitanda esse Mysteria*. Quin praeterea cum statuendum superesset de nonnullis Dispensationibus, quas utilitas Ecclesiae exposcere maxime videbatur, impartiendae veniae facultatem sumere sibi Patres ausi non sunt: verum eam per Patriarcham Ignatium implorandam duxere a Sede Apostolica, quam proinde agnovere, non ipsos Patriarchas, relaxandorum Canonum potestate pollere.

Magna *Lateranensis Synodus* IV. Cap. 5. (3) Romanam Ecclesiam tradit, disponente Domino, super

(1) Ann. 451. (2) Ann. 869. (3) Ann. 1215.

omnes alias ordinariae potestatis obtinere Principatum, utpote universorum Christifidelium Matrem, et Magistram.

In *Lugdunensi II.* (1) edita est Graecorum Fidei professio, qua se recognoscere testantur: Romanam Ecclesiam summum, et plenum Primatum, et Principatum super universam Ecclesiam Catholicam obtinere, eumque ab ipso Domino in Beato Petro Apostolorum Principe, sive vertice, cujus Romanus Pontifex est Successor, cum potestatis plenitudine recepisse. Quas superiores Synodos (2) subsecuta deinceps *Florentina* Catholicum Primatus Dogma celebri Decreto sancivit.

Divino eodem spiritu afflati *Tridentini Patres* (3) declararunt *Pontifices Maximos pro Suprema potestate sibi in Ecclesia universa tradita, Causas aliquas criminum graviores suo potuisse peculiari judicio reservare.* Quam adeo potestatem per omnes Ecclesias sese fundentem, atque ad alia ejusdemmodi munia, quae libelli Auctor explodere perperam nititur, ex æquo pertinentem, non aliunde adscitam, non ab inferioribus ad Pontifices delatam, sed Primatui ordinario jure insitam, cuique fatendum est, qui coelestem Synodorum sapientiam, humanae inscitiae disputationibus non dubitet longe præponendam.

(1) Ann. 1274. (2) Ann. 1439. (3) Sess. xiv. cap. 7.

Apellat EYBEL *Constantiense Concilium*. (1) At meminisse ipsum oportuerat, damnatos in eo errores fuisse, cum Wicleffi ajentis non esse de necessitate salutis credere Romanam Ecclesiam esse Supremam inter alias Ecclesias, nec Papam esse proximum, et immediatum Christi Vicarium; tum Johannis Hus, Petrum non esse, nec fuisse Caput Ecclesiae Sanctae Catholicae. Quibus erroribus sanorum verborum formam opponens *Martinus V.* praescripsit iuterrogandos, qui de his suspecti essent, utrum credant, B. Petrum fuisse Vicarium Christi, habentem potestatem ligandi, ac solvendi super terram. *Item* Papam canonice electum Successorem esse Beati Petri habentem Supremam Auctoritatem in Ecclesia Dei: *Item* Papam omnibus Christianis posse concedere Indulgentias; singulos porro Episcopos suis subditis secundum limitationem Sacrorum Canonum. Quo plane refutatur istius error, dum perperam disserens de Indulgentiis, scribere ausus est, quemlibet Episcopum, pari modo atque Papam, posse Indulgentias concedere. Quæ Patrum, Synodorumve Documenta, quisquis aequo, pacatoque animo paullo attentius introspexerit; sentiet profecto, longe praestantiorem auctoritatem comprehendere, quam quae aut meri *directorii*, ut vocant, finibus, aut hortandi, monendi, supplendi munere continetur.

(1) Am. 1414.

Digitized by Google

Quin et ipsi Basileenses in Synodali Responso (1) ad Tarentinum Episcopum palam declarant fateri se, et credere, Romanum Pontificem Caput esse, et Primatem Ecclesiae, Vicarium Christi, et a Christo, non ab hominibus, vel Synodis aliis praelatum, et Pastorem Christianorum, cui datae sunt a Domino Claves, et uni dictum *Tu es Petrus*, et solum in plenitudinem potestatis vocatum esse; alios in partem sollicitudinis. Quo magis pudere ipsum deberet impotentis audaciae, qua eam potestatis plenitudinem infirmare aggreditnr, quam Basileenses inter Doctrinae capita referunt adeo nota, et pervulgata, ut nec opus foret ea percensere. Et sane quod supra dictum ab Augustino retulimus,in Romana Sede semper viguisse Apostolicae Cathedrae Principatum; huncque Apostolatus Principatum cuilibet Episcopatui praeferendum, cum aliis multis, tum et hac insigni nota cernitur, quod Petri Successor, hoc ipso quod in Petri locum succedit, assignatum sibi habeat jure Divino Christi Gregem universum, ut simul cum Episcopatu potestatem accipiat universalis regiminis: Caeteris porro Episcopis suam cuique peculiarem Gregis portionem non Divino, sed Ecclesiastico jure, non Christi ore, sed hierarchica ordinatione assignari opus sit, ut ordinariam regiminis potestatem explicare in eam valeat. Cujus assignationis summam auctoritatem

(1) Sess. V.

quisquis Romano Pontifici abjudicare volet, eum necesse est in legitimam tot in orbe toto Episcoporum successionem invadere, qui Ecclesias Apostolica Auctoritate de integro fundatas, aut ab aliis divulsas, aut invicem unitas regunt, ad easque regendas a Romano Pontifice missionem acceperunt; ut proinde sine ingenti Ecclesiae perturbatione, ipsiusque Episcopalis Regiminis discrimine tentari nequeat magnum hoc, et mirabile potentiæ consortium, Divina dignatione Petri Cathedrae tributum, ut quemadmodum a *Leone Magno* (1) dictum est, omnes proprie regat Petrus, quos principaliter regit et Christus; et si quid Christus commune cum Petro caeteris voluit esse Principibus, nunquam nisi per ipsum dedit quidquid aliis non negavit.

Laudat Gallicanos Praesules, Gallicanos Doctores: Frustra omnino. Quos etenim ex his cogitat ille sibi suffragatores adsciscere? Vetustiores ne, an aut qui medio aevo, aut recentiore memoria, in ea inclita Ecclesia pietati, doctrinaeve laude floruere? At inter veteres illos, ut paucos ex multis proferamus, audire illum non pigeat *Caesarium Arelatensem*, *Avitum Viennensem*, quorum ille supplici Libello Symmachum Papam alloquitur: „ Sicut a Persona B.Petri „ Episcopatus sumit initium, ita necesse est, ut disci„ plinis competentibus Sanctitas Vestra singulis Ec-

(1) Serm. III. in Anniv suae Assumpt.

„ clesiis,quid observare debeant,evidenter ostendat„. *Avitus* vero ad Hormisdam „ Quaesumus , ut quid „ Filiis vestris , Fratribus meis , idest Gallicanis , si „ consulant , respondere debeam , instruatis (1), quia „ jam securus, non dicam de Viennensis, sed de totius „ Galliae devotione pollicear , omnes Vestram super „ statu Fidei captare sententiam„. *Aurelianenses Patres*, qui canonicam formam in Metropolitanorum electione servandam ex Apostolicae Sedis Decretis repetunt (2).

Audiat ex medio aevo *Hincmarum Remensem* (3), qui , cum testatur , se erga Sedem Apostolicam omnium Ecclesiarum Matrem , ac Magistram , ejusque Rectores fidelem semper, atque subjectum in omnibus extitisse , hoc ipso quod videri voluit, quid Apostolicae Sedi, debeatur, ac deberi sentiat ; manifeste declarat: Tum et *Ivonem Carnotensem* graviter eorum audaciam coarguentem , qui contra Sedem Apostolicam caput erigunt (4), *cujus judiciis, et constitutionibus obviare , plane est haereticae pravitatis notam incurrere :* ad quam *principaliter , et generalissime pertineat tam Metropolitanorum, quam caeterorum Episcoporum consecrationem confirmare, vel infirmare ; constitutiones et judicia retractare , suas vero inconcussas detinere , et nullius inferioris judicio retractandas , vel corrigen-*

(1) Ep.87. (2) Ann.583. can. 3. Tom. x. Edit. Ven. col. 356.
(3) Ep. ad Nicol. PP. apud Labb. (4) Epist. 8. ad Richer Senonen:

das concedere. Quod idem Gelasii quoque auctoritate comprobat.

Quod si ab illa vetustate ad propiora tempora progredimur, (1) latere illum non debuere gravissimae censurae adversus famosum Spalatensem Apostatam ab insigni Theologica Facultate Parisiensi latae, in quibus praeformatam libelli sui damnationem perspicere facile potuisset. Hi scilicet fuere Spalatensis errores, quibus illa hæreticæ, ac schismaticae pravitatis notam inurendam non dubitavit:,, Disparitatem,
,, potestatis inter Apostolos esse humanum inventum
,, in Sacris Evangeliis, et Divinis Novi Testamenti
,, Scripturis minime subsistens:,, (quam hæreticam et schismaticam declarat, de Jurisdictione Apostolica Ordinaria, quae in solo Divo Petro subsistebat, intellectam.),, In Ecclesia non dari unum Caput Supre-
,, mum, et Monarcham praeter Christum:,, Episco-
,, pos omnes simul, et in solidum eamdem regere
,, Ecclesiam singulos cum plena potestate:,,Romanam
,, Ecclesiam praecipuam fuisse, et esse nobilitate,
,, existimatione, nomine, et dignitatis auctoritate,
,, non regiminis, et jurisdictionis principatu, (quam dicit haereticam, et schismaticam, quatenus aperte insinuat, Romanam Ecclesiam jure Divino auctoritatem in alias Ecclesias non habere),,: Unumquemque Epi-
,, scopum jure Divino esse universalem,,:Monarchiae

(5) Ann. 1617.

„ formam non fuisse immediate in Ecclesia a Christo „ institutam:„ Falsum esse,unionem Ecclesiae Catho- „ licae in unitate Rectoris Visibilis consistere:„ Cumque Spalatensis subjunxisset, Parisiensium doctrinam enucleate intellectam, nihil a sua discrepare, impactam sibi calumniam continuo illi refutarunt, *velut meram contra Facultatem Parisiensem imposturam*.

Praeclarum etiam, atque ut allatae Parisiensium Doctorum sententiae, sic et constanti Majorum suorum traditioni plane consentaneum de Romani Pontificis Primatu testimonium ediderè Gallicani Praesules in Comitiis anno 1681. „ Caput est, inquiunt, „ Ecclesiae, centrum unitatis. Obtinet ille in nos „ Primatum auctoritatis, et jurisdictionis sibi a Chri- „ sto Jesu in persona S. Petri collatum. Qui ab hac „ veritate dissentiret, schismaticus, immo et hae- „ reticus esset.

Quin et Libelli Auctori non prorsus ignota fuere, petita ex omni Antiquitatis memoria de Romano Primatu luculentissima documenta. Quo magis prodit sese pertinax illius adversus Romanam Sedem contentio, qui cum splendida illa Patrum testimonia obscurare, ac delere non posset; ea veritus non sit per summam impudentiam velut allegorias male intellectas traducere, indeque factum ex parte esse, ut longa seculorum serie creditus sit Papa is esse, qui non est; quasi Sanctissimi Patres, quos Ecclesiae suae Deus

dedit Pastores, et Doctores, in re gravissimi momenti, quae ad Ecclesiae constitutionem pertinet, communi sensu aut erraverint ipsi, aut errandi causam Fidelibus objecerint, ac non potius nefarii erroris convictus teneatur, qui de Romano Pontifice aliter credendum statuat, quam tot saeculorum continuata successione creditum sit.

Atque haec quidem, Praedecessorum Nostrorum paribus in causis exempla secuti, paullo latius, ut muneris Nostri ratio postulat, exponenda duximus, non Nostra, sed animarum lucra quærentes, solliciti servare unitatem in vinculo pacis; in id intenti, ut patefactis eorum fraudibus, qui Patrum nomine ad pervertendas Patrum sententias abutuntur, omnes intelligant, nil Patribus ipsis antiquius fuisse, quam ut unitas ab omnibus in ea Cathedra servaretur, quæ una est cæterarum omnium a Christo constituta Mater, et Magistra.

Unum certe Ovile Christi Ecclesia est, cujus unus Supremus Pastor, Christus ipse regnans in Cœlis, unum quoque sui Vicarium Supremum in terris Visibilem Pastorem reliquit, in cujus voce Christi vocem oves audirent, ne seductae alienorum vocibus in venenata quaeque, ac mortifera pascua dilaberentur. Quo igitur cautius Fideles curae Nostrae concrediti profana, et vaniloquia devitent, quae proficiunt ad impietatem; constantesque maneant huic unitatis Cathe-

drae devincti (1), in qua Petrus adhuc velut in propria Sede vivit, et praesidet, ac praestat quaerentibus Fidei veritatem; neve in hanc fraudem induci se patiantur, ut putent ambitione extortum, aut ignorantia, vel adulatione delatum, aut pravis artibus quaesitum, quod Christi est ordinatione constitutum: Nos memoratum Opusculum e Germanico idiomate in latinum translatum, complurium in Sacra Theologia Magistrorum examini subiici mandavimus, quorum habitis consultationibus, auditisque suffragiis Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium in tota Republica Christiana adversus haereticam pravitatem Generalium Inquisitorum coram Nobis adstantium, motu proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicae potestatis plenitudine, antedictum libellum, cujus titulus latine: „ Quid est Papa ?„ cum dispensatione Caesareae Regalis cen- „ surarum commissionis ob appositionem nominis „ Viennae apud Josephum Edlen de Kurzbeck 1782. Graece vero τί ἐστιν ὁ πάπας tamquam continentem propositiones respective falsas, scandalosas, temerarias, injuriosas, ad schisma inducentes, schismaticas, erroneas, inducentes in haeresim, haereticas, et alias ab Ecclesia damnatas reprobamus, damnamus, ac pro reprobato, ac damnato in perpetuum haberi volumus, atque decernimus.

(1) S. Petrus Chrysol. Epist. ad Eutychem.

Praecipimus insuper, ne quisquam ex Christifidelibus cujuscumque gradus, et dignitatis, quamvis specialissima nota dignis, libellum praedictum jam typis editum, sive manu conscriptum, vel in suo originali, vel in quacumque alia versione legere, retinere, vel denuo imprimere, seu imprimi facere audeat, aut praesumat sub poena suspensionis a divinis quantum ad Personas Ecclesiasticas; quantum vero ad Personas Saeculares sub poena excommunicationis majoris ipso facto absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem, et respective relaxationem Nobis, et Successoribus Nostris Romanis Pontificibus reservamus, excepto dumtaxat, quoad Excommunicationem praedictam, articulo mortis, quo nimirum quilibet Confessarius ab hujusmodi Censura, ut praefertur, incursa absolvere poterit.

Mandamus quoque Bibliopolis, ac Typographis, caeterisque omnibus, et singulis cujuscumque gradus, conditionis, et dignitatis, Personis Ecclesiasticis, et Saecularibus, etiamsi speciali, et individua mentione indigeant, ut quatenus praedictus Libellus vel in suo originario, in quocumque Idiomate impressus, vel etiam manuscriptus, ad eorum manus devenerit, statim deferre illum teneantur Ordinariis locorum sub eisdem suspensionis a Divinis comminatis poenis, ac respective Excommunicationis.

Ut autem eaedem praesentes Litterae ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam praetexere possit, volumus et mandamus, illas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, et Cancellariae Apostolicae, necnon Curiae Generalis in Monte Citatorio, et in acie Campi Florae de Urbe per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, illarumque Exempla ibi affixa relinqui. Sic vero publicatas perinde afficere omnes et singulos, quos concernunt, ac si unicuique illorum personaliter notificatae, et intimatae fuissent. Ipsaium autem Litterarum praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eamdem fidem tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quae iisdem praesentibus haberetur, si forent exhibitae, et ostensae. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 28.Novembris 1786. Pontificatus Nostri anno duodecimo,

B.Mariscottus Pro-Secretarius.

Anno a Nativitate D.N. JESU CHRISTI Millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, Indictione quarta, die vero prima Decembris, Pontificatus autem SSmi in Christo Patris, et D.N.D.PII Divina Providentia PAPAE SEXTI Anno Duodecimo, supra-

dictae Litterae Apostolicae affixae, et publicatae fuerunt ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, locis solitis, et consuetis Urbis per me Petrum de Ligne Apostolicum Cursorem, Curiae Generalis in Monte Citatorio, et in Acie Campi Florae, ac in aliis.

Nicolaus Marini Magister Cursor.

EPI-

Digitized by Google

EPISTOLA I.

ANONYMO AUCTORI

Opusculi inscripti : *Quid est Papa* ?

PISTUS ALETHINUS

ORTHODOXE SAPERE

I. Nae tu inani spe ductus, rem te gratam tuis civibus facturum putasti, si aggressus esses in nomen, privilegia, potestatem Romani Pontificis scribere! Norunt, mihi crede, cives tui, ac si qui sunt fortasse, qui nesciant, dabo equidem operam, ut pernoscant, quo tu demum habendus sis numero, tu, inquam, qui 1. suscepti a PIO SEXTO Pontifice Maximo itineris causam, etsi per sese gravissimam (1) ludificare : 2. Qui ut lectores tuos commo-

Inani spe pervertendorum suorum civium ductus Anonymus instituit contra dignitatem, auctoritatemque Pontificis scribere. Quam multa peccet?

A

(1) Multa in hanc rem turbat Anonymus in Germanica ſui opuſculi Editione. In Italica autem „ Al ſolo „ apparire, *inquit*, del Papa esclameranno toſto i *Fanatici*, e i *Santocchi* : ECCO QUEGLI, CUI „ NESSUNO E' SIMILE SULLA „ TERRA. Guardimi Dio di trovarmi nella folla di queſti baggei, „ se io non potessi conformarmi alle loro scipitezze, e stravaganze „ Ita iile vir scilicet gravis, ac sapiens, quo uno (ut de Epicuro olim jactabant ſui), quo, inquam, uno opus fuerit, ut terroribus solverentur ſui cives, et ſuperſtitione liberarentur. Sed tumidum hominem, seseque jactantem comprimet ut antiquitas, ita summa omnium Catholicarum Ecclesiarum consensio.

veas, incitesque ad irridendum, sacra quaeque, ac profana turbas, et misces, dum infacete jocans, *Hieromonachos*, *Sanctimoniales*, *Indulgentias*, *Caupones* simul aggeras, ludosque facere non verere: 3. Qui id eniteris, atque elaboras, ut Pontificiam dignitatem in odium commune voces: 4. Qui non solum Protestantibus turpiter assentare; verum etiam incredulis, quibus omnis est invisa religio, conciliare studes Germanorum tuorum civium benevolentiam, cum de peste illa generis humani sic agas[1], ac si ipsa, non dogmata de veritate Evangeliorum, de Trinitate, de Incarnatione Divini Verbi pervertere, labefactare, funditusque tollere conetur; sed vel fabulosum tantummodo impetat draconem *Equitis*, ut nugare, Georgii; vel solam respuat Sancti Christophori staturam immanem; vel S. Aloysii farinam non probet, aut aquam lustralem Cracoviensium

De qua quidem vetuſtate, consensioneque perpetua, constanti, firma, alias. Nunc exemplo hoc uno contentus ero. Cum Juſtinianus S. Silverium Rom Pont. in exilium pellere non dubitasset, anno circiter 538. Episcopus Patarensis (ut eſt a Liberato Diacono Synchrono Scriptore, cap. 22. Breviarii, memoriae traditum) Constantinopolim navigavit, ibique *judicium Dei contestatus est de tantae Sedis Episcopi expulsione, dicens: non esse unum, sicut ille Papa est, super Ecclesiam mundi totius*. Ac merito quidem Patarensis. Neque enim quisquam est alius, praeter Papam Romanum, cui Patres omnes jura Petri praecessoris sui attribuant, quem Dominus petram constituit, cuique gregem universum suum credidit paſcendum, et gubernandum, cujusque sedem unitatis orthodoxae centrum firmam adeo esse voluit, ut schismaticus sit, qui ab ea se disjungere audeat.

Dominicanorum, aut alia generis ejusdem, quae rem fidei non attingunt. Et videri tamen velles Catholicus, quamquam sunt, qui te esse existiment Protestantem. Ego vero, etsi mihi primum persuaderi cuperem, eo tamen invitus adducor, ut credam plus neutrum. Sed simules te quidem qualem tandem cumque volueris, non laboro. Mihi curae est, ut persequar, quae libello isto tuo complexus es, ostendamque, quam magnis in erratis, quantaque in perversitate, pravitateque sententiarum versere.

Adversarius ad numerum se adscribit paucorũ, qui hoc illuminato seculo sapiant. Quid se civibus suis de Papa demonstraturũ polliceatur

II. Ergo tu, qui ad numerum te adscribis *perpaucorum* (1), qui hoc tam *illuminato* (2) seculo rem theologicam omnem comprehensam animo habeant, (3)

A 2

(1) Hoc sibi Donatistae, Pelagianique gloriae ducebant. De his postremis confer, quae scribit Augustinus in l. *de Peccatorum meritis, et remissione Libro*, cap. IX. n. 10. pag. 5. Tom. X. Edit. Antuerp. an. 1700., quo loco narrat, objectam a Pelagianis fuisse Catholicis *tarditatem intelligendi*. Et *lib.* II. *operis imperfecti* contra Julian. num. 2. p. 717. ubi: „ Compeſcite vos, inquit. Fatemur, dogma nostrum esse populare, quia populus ejus sumus, qui propterea est appellatus Jeſus, quia ſalvum fecit populum suum . . . *Nolite de paucitate gloriari*, et (quod eſt vanius) dicere, quod pluribus placeat „ dogma nostrum, et objicere nobis detestabile DOGMA PAUCORUM „.

(2) Cap. XI. Evang. Lucae v. 35. „ Vide, ne lumen, quod in te est, tenebrae sint „.

(3) Caveat Anonymus noster, ne ejus esse similis videatur, quem Horatius stomachans narrat dixisse sibi: *Noris nos? docti ſumus*: lib. I. satyr. IX. v. 7. neve in eum contorqueatur Terentianum illud *ex Prologo in Andriam* „ Faciunt nae intelligendo, ut nihil intelligant „. Illud autem sibi persuadeat, vehementer velim: cives orthodoxos suos integre, constanter, strenue ſervaturos, quod Christus jubet Apocalypſeos

Digitized by Google

demonstraturum te tuis civibus pollicere : „ qua ratione Sanctae Religionis fundator Christus Sanctum Petrum praetulerit Episcopis aeque plena inſtructis potestate ; et quo tandem modo ea praelatio , flexu , progreſſioneque temporum , longius ſuos fines protulerit , quam a Christo ipſo fuiſſet constitutum „ . (1) Id autem antequam praestes , nihil te praejudicati allaturum vociferare , nihil quod non acceperis e Patrum , sacrorumque Codicum monumentis .

Quaerenti Anonymo adversario quid Papa ſit? quid ſint veri Catholici reſpõſuri, oſtenditur.

III. Age vero consideremus , quam sancte servaris promiſſi fidem . Quaeris , qui , qualisve sit Papa ? Jam proſpicis , eos qui non verbo solum , sed re etiam vera Catholici sunt, omnes ad unum responsuros : (2) „ esse Papam B. Petri Apostolorum Principis succeſſorem , (3) summum Christi Vicarium , totiusque

cap. II. v. 23. „ Id quod habetis , „ tenete , donec veniam „ : simulque devitaturos oppoſitiones falsi nominis ſcientiae . Confer Epist. 1. S. Paulli ad Tim. cap. VI. v. 20.

(1) Ita ille quidem in Germanica Editione , quam nos gallice reddi curavimus . Deſunt ex Italica Luganensi an. 1782.

(2) Ita postulat Synodi Florentinae oecumenicae definitio : Tom IX. Concil. Edit. Paris. an. 1714 p. 423. Eodem pertinent, quae confeſſi sunt Graeci an. 1274. , ut ex litteris Michaelis Palaeologi , Praesulumque Graeciae constat , quae lectae uere in II. Synodo Lugdunensi item oecumenica Tom. VII. Concil. Edit. ejuſd. pag 694. sqq. neque lectae ſolum, ſed etiam ab Synodo eadem magno jubilo admiſſae ſunt; profeſſioque fidei , quam continent , acceptata . Confer Epist. 2. B. Gregor. X. Papae ibid. pag. 701. sq.

(3) Synodis iisdem praeiverant Patres jam uſque a primis Eccleſiae seculis . Ac de succeſſione quidem, et auctoritate sic est a Diſcipulo Po-

„ Ecclesiae caput, et omnium Christianorum Pa-
„ trem, et doctorem, cui in B. Petro pascendi, re-
„ gendi, ac gubernandi universam Ecclesiam a Do-
„ mino nostro Jesu Christo plena est tradita pote-
„ stas &c.

IV. Quid tu? A fanaticis, inquis, haec licentia. Ita ne vero? Fanaticus ergo, te judice, fuit Ignatius Martyr Johannis Apostoli auditor: (1) Fanaticus Irenaeus, qui scripsit seculo II. Eleutherio Pontifice (2):

Anonymus fanaticos ait esse eos, qui dum Anonymo ipsi adversentur, Patres sequuntur, quos fanaticos Anonymus idem, si sibi constet, appellet necesse est; aut se quoque fateatur esse fanaticum.

lycarpi Johannis Evangelistae auditoris, hoc est a B. Irenaeo Lugdunensi Antistite scriptum lib. III. contra haereses cap. III. n. 2. pag 175. T. I. Edit. Venetae an. 1734. „ Maximae, „ et antiquissimae, et omnibus co- „ gnitae, a gloriosissimis duobus Apo- „ stolis Petro, et Paullo Romae fun- „ datae, et constitutae Ecclesiae, eam „ quam habet ab Apostolis traditio- „ nem, et annunciatam hominibus „ fidem per *successiones* Episcoporum „ pervenientem usque ad nos indi- „ cantes, confundimus eos omnes, „ qui quoquo modo, praeterquam „ oportet, colligunt. Ad hanc enim „ Ecclesiam, propter potiorem prin- „ cipalitatem, necesse est omnem „ convenire Ecclesiam &c. „ et n. 3. pag. 176. „ Hac ordinatione, *inquit*, „ et successione ea, quae est in Ec- „ clesia ab Apostolis traditio, et ve- „ ritatis praeconatio pervenit uſque „ ad nos. „ De ceteris Patribus, deque Synodis mox disseram.

(1) In Inscriptione Epist. ad Romanos Tom. II. Patrum Apostolicorum pag. 190. Edit. Londin. an. 1746. ubi Ecclesiam Romanam praesidere scribit, quod nulli alii attribuit Ecclesiarum, non Philadelphenae, non Trallianae, imo etiam ne Ephesinae quidem. Quid autem hoc sit *praesidere*, Irenaeus demonstrat, a quo certe, qui aetate proximus Ignatio erat, non a Smithio, aut a Vossio, aut a Clerico, ceterisque Acatholicis, qui a Patrum auctoritate descivevrunt, petenda est explicatio. Jam ut conſtitit adnotatione superiore, ad Romanam Ecclesiam (Irenaeo praedicatore, ac teſte) *necesse est omnem convenire Ecclesiam propter potiorem principalitatem*.

(2) Vide adnotationem superiorem.

Fanaticus vetus auctor carminum contra Marcionem (1) · Fanaticus Tertullianus: (2) Fanatici SS. Cyprianus, (3) ac Stephanus Martyres: (4) Fanatici Ba-

(1) Lib. III pag. 635. oper. Tertull. Edit. Venetae an. 1744. quo loco sic habet:

Hac Cathedra Petrus, qua ſederat ipſe, locatum

Maxima Roma Linum primum conſidere juſſit.

Conſtabat pietate vigens Eccleſia Romae

Compoſita a Petro, cujus ſucceſſor et ipſe

Jamque loco nono Cathedram ſuccepit Higinus.

Ecce tibi ſucceſſorem Petri Pontificem Romanum, tenentemque Petri cathedram, cujus Cathedrae cauſa maxima ſit omnium Romana Eccleſia. Non enim maximae Romae nomine Civitatem intelligit Auctor, ſed Eccleſiam. Haec namque Linum in Petri Cathedra ſedere juſſit, non Civitas, quae pene univerſa Ethnica tunc erat. Atque hujus quidem auctoritate ab ovili Chriſti pulſos fuiſſe, ait, Cerdonem primum, deinde Marcionem.

(1) De Eccleſiae Romanae auctoritate, deque ſucceſſione Epiſcoporum jam inde a Petro, Confer Tertullianum lib. de Praeſcriptionibus Haeretcor. Cap. XXXII et cap XXXVI. Idem ſatis indicat cap. I. lib. contra Praxeam pagin. 501. agnitum uti caput Eccleſiae, centrumque unitatis Romanum Pontificem. Quare ipſos etiam haereticos Romam profugiſſe ſcribit, ut ſi modo poſſent, litteras a Pontifice ipſo extorquerent pacis, atque ita ab reliquis Eccleſiis reciperentur. Ex eorum vero haereticorum numero fuiſſe ſecundo ſeculo Montani aſſeclas. Quid? Si Tertullianus cum ad Cataphrygas transfugiſſet, adverſus Catholicos pugnans ſcripſerit: Petri auctoritatem non permanaſſe in Succeſſores? Erat ergo perſuaſio firma catholicorum, praeditos eſſe Papas poteſtate, qua Petrus auctus a Chriſto fuerat. Vide lib. de Pudicitia cap I. pagin. 555. et cap. XXV. pag. 574. Catholicorum vero, et Cataphrygarum communis erat ſententia, ſuper Petrum aedificatam fuiſſe a Chriſto Eccleſiam &c. Tertull. ibid. et libro de Praeſcriptionibus Haereticorum cap. XXII. p. 209.

(3) De Cypriano poſt agam.

(4) Is *ſucceſſionem ſe Petri tenere* affirmat, *ſuper quem Eccleſiae fundamenta collocata ſunt*. Quin etiam: *Per ſucceſſionem, Cathedram Petri habere* ſe, praedicat, ut eſt memoriae traditum a Firmiliano Epiſt. ad Cyprian. pag. 225. Edit. Oper. Cyprian. Oxon. an. 1682. Neque vero id ne-

silius, (1) Ambrosius, (2) Hieronymus, (3) Augustinus, (4) Maximus Taurinensis: (5) Fanatici Patres Synodorum Ephesinae, (6) Chalcedonensis, Con-

gat Firmilianus: quamquam Stephanum reprehendens, dum de Haereticorum baptismo disputaret, vehementer erraverit.

(1) De Basilio mox disseram.

(2) Ut etiam de Ambrosio.

(3). De Hieronymo alias.

(4) De Augustini locis deinceps, sed opportune, ac tempori.

(5) Quemadmodum etiam de Maximi.

(6) Synod. Ephes. Action. II. an. 431. Tom. I. Concilior. p. 1742. Edit. Pariſ. an. 1714., quo loco Episcopi, qui in coetum convenerant, *membra* se Pontificis vocari libenter audierunt, suumque *Caput Caelestinum* Romanum Pontificem. Nam *Caput totius Fidei*, seu *etiam Apostolorum* ἡ κεφαλὴ ὅλης τῆς πίστεως, ἡ καὶ τῶν ἀποστόλων esse B. Petrum. Rursus pag. 1478 ubi, Patrum nemine repugnante, S. Petrum, legimus, fuisse *Apostolorum Principem, et Caput, fidei columnam, Ecclesiae Catholicae fundamentum*, a Salvatore *clavibus Regni caelorum donatum, auctumque ligandi, atque solvendi potestate, Eumque vivere, inque suis Successoribus semper judicium exercere, ejusque per ordinem successorem esse Coelestinum &c.* Quid afferri clarius potest, quod efficiat Romanum Episcopum Caput esse Ecclesiae, successorem B Petri, Ecclesiarumque Christi doctorem, atque gubernatorem, et judicem? Sed de Synodo Ephesina alias copiosius. Jam vero cum Petro Christus ascensurus in caelum sui loco pascendarum in terris suarum ovium fecerit potestatem; quis dubitet eumdem Petrum, dum vixit, posteaque ipsius successores summos Christi Vicarios dici jure posse? Profecto S. Cyprianus in lib. de unitate Eccles. pag. 105. seqq. et Epist. LIX. al. LV. ad Cornelium pag. 129. „ Neque aliunde, *inquit*, haereses obortae sunt, aut nata sunt schismata, „ quam inde, quod Sacerdoti Dei non „ obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, et ad tempus judex *Vice Christi* cogitatur. „ Cui si secundum Magisteria divina „ obtemperaret fraternitas universa, „ nemo adversus Sacerdotum Collegium quidquam moveret „. De quo quidem Cypriani loco vide Coustantium Praefat. in Epistolas Romanor. Pontificum Parte I. n. XIV. pag X. Edit. Pariſ. an. 1721. Quid? Si Episcopi Provinciae Tarraconensis Deum se in Pontifice Romano *adorare* ajentes, vice ipsum Christi Ea-

stantinopolitanae tertiae, Africanarum sub Theodoro Papa etc. Fanatici denique majores nostri omnes, qui haec eadem et probarunt, et posteritati propagaverunt. Expecto quid sis responsurus. Scilicet aut ajas necesse est, aut neges; nihil enim est tertii, qua possis evadere. Si negas, cur eorumdem Patrum sectatores in turbam rejicis fanaticorum? sin ais, pro-

clesiam moderari ostendant? Vide Epist. eorum ad Hilarum anno circiter 464. ſcriptam Tom. II. Concilior. Edit. ejusdem pag. 787. Cujus Pontificis auctoritati quantum tribuant ex pag. 788. plane perspicitur, atque etiam ex Actis Synodi Rom. an. 465. ad quam praeter ceteros Maximus Taurinensis, Ingenuus Ebredunensis, Saturninus Avenionensis, Gaudentius Albingaunensis, Soter Neapolitanus, Tiburtius Capuanus, Asterius Forojulensis, Restitutus, et Octavius Afri convenerant. Ibid. pagin. 799., et 802. Praeterea Episcopi, qui magno numero an. 495. Synodo Romanae interfuere, ad extremum Gelasium Papam alloquuti: Vicarium Christi te vidimus, dixere: ibid. pag. 948. Sed modum faciam; nam omnia Patrum monumenta commemorare longum est. Synodi Constantiensis Sess. VIII. testimonio utar, quod recusari ab Anonymo, siquidem sibi constet, non poterit. Ea vero Synodus Articulum XXXVII. Viclefi damnavit ajentis: *Papam non esse immediatum, et proximum Vicarium Christi*. Tom VIII. Concilior. Edit. Pariſ. an. 1714. p. 301.. Confer Bullam Martini V. editam, sacro eodem approbante Concilio Constantiensi, pag. 911. et 915. quo loco petendum ab iis, qui in suspicionem Viclefismi venerant, jubet: *utrum credant quod B Petrus fuerit Vicarius Christi; et utrum credant* quod Papa canonice electus sit Successor B. Petri *habens supremam auctoritatem in Ecclesia Dei*. Addam definitionem Synodi Florentinae T. IX. Concilior. pag. 923., et Arnaldi Ferrerii Legati Regis Galliar. ad Synodum Tridentinam orationem confitentis: Romanum Pontificem *Summum Christi Vicarium, Petrique successorem supremam in Ecclesia Dei potestatem habere*. *Tom. X. Concilior. pag.* 88. Quid hos? Fanaticos ne esse Anonymus dicet? De reliquis Synodis, quarum supra facta est mentio, suo loco opportune agam.

fecto fanatismi te ipsum condemnabis nomine, qui tegi te, defendique confidis praesidio Patrum posse, quos tamen fanaticos fuisse confiteare.

Negat Anonymus, quidquam fuisse potestatis tributum Petro, quod non itē tributum aeque ceteris Apostolis fuerit; atque ad id efficiendū sacrarū scripturarum locis abutitur, in primis autem Johannis e cap. xx. Evangelii.

V. At locus, inquis, e *Cap.* XVI. Matthaei de clavibus Petro datis non efficit, ut quidquam potestatis fateamur fuisse concessum Petro, quod non item ceteris Apostolis concessum fuerit. Doceri namque nos ab Johanne Cap. XX. Evangelii ver. 22. non uni eidem Petro, sed una simul Apostolis, Discipulisque universis dixisse Christum: *accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt*. Verum quid est, nisi istud cavillari est, conarique tenebras clarissimis rebus obducere? Neque enim negatum umquam a nobis est, Apostolis, Discipulisque divinitus fuisse datum quod muneris est Apostolatus, et Sacerdotii, cujusmodi est ligandi, solvendique potestas. At nostra non de Apostolatus, Sacerdotiique potestate est, sed de Primatus, seu Capitis praerogativa contentio. Quae quidem praerogativa, quemadmodum et Evangelium, Actusque Apostolorum, et constans Patrum ab Apostolis accepta, atque a Christo manans traditio postulat; quae inquam praerogativa in unum Petrum cadit, non in quemquam alium Apostolorum. Neque enim aut omnibus Apostolis, aut eorum cuiquam, praeterquam Simoni, immutatum fuit in Petrum nomen, quod certe mysterii plenum

est; (1) neque ulli alteri apte ad id nomen dictum a Christo fuit: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam; et tibi dabo claves regni caelorum*. Quis autem haec animadvertens, non plane cognoscat, et fateatur, singulare quidpiam, saneque magnum, omnibusque privilegiis, quibus ceteri Apostoli aucti, ac muniti essent, praestantius fuisse concessum Petro? (2) Johannes porro quid habet in Evan-

(1) S. Juſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone Judaeo num. CVI. pag. 201. Edit. Paris. an 1742. Tertullianus in lib Praescription. advers. Haeret. cap. XXII. pag. 209 *Latuit aliquid Petrum aedificandae Ecclesiae Petram dictum, claves Regni caelorum consequutum, et solvendi, et alligandi in caelis, et in terris potestatem?* Et lib. de Monogamia cap. VIII. pag. 529. S. Hilarius *Commentar in cap.* XVI. *Evan. Matth. num. 7. pag.* 584. Tom. I. Edit. Venetae ann. 1749 „ O in „ nuncupatione novi nominis felix „ Ecclesiae fundamentum, digna„ que aedificatione illius petra „. Optatus Milevitanus lib. II. contra Donatistas cap. II. pag. 31. Edit. Antuerp. an. 1702. Quo etiam spectant, quae persequitur Chrysostomus Hom. XIX. in Johan. num. 1 sq. pag. 112. sq. Tom. VIII. Edit. Paris. an. 1728. Ut autem ceteros praetermittam, ne sim in re non necessaria longior, S. Hieronymus lib. III. in cap. XVI. Evang. Matt. pag. 74. Tom. IV. Oper. Edit. Paris. *Martianaei* Parte I. „ Quid est, *inquit*, „ quod ait, *et ego dico tibi?* quia „ tu mihi dixisti: *Tu es Chri„ stus filius Dei vivi*; et ego dico „ tibi non sermone casso nullum „ habente opus, sed *dico tibi*, „ quia meum dixisse *fecisse est*, „ quia tu es Petrus, et super hanc Pe„ tram aedificabo *Ecclesiam meam*. „ Sicut ipse lumen Apostolis dona„ vit, ut lumen mundi appellaren„ tur, ceteraque a Domino sortiti „ sunt vocabula, ita et Simoni, „ qui credebat in Petram Christum, „ Petri largitus est nomen, ac se„ cundum metaphoram petrae, recte „ dicitur ei: *aedificabo Ecclesiam meam super te* „. Confer in hunc locum Matthaei Grotium, qui etsi de Remonstrantium secta fuit, multo tamen fuit accuratior Anonymo nostro, qui se nihilominus esse jactat Catholicum.

(2) Adi sis Tertullianum *de Mono-*

gelii vicesimo capite, quod cum his componi nequire videatur? Accepisse Apostolos, post Christi resurrectionem, ligandi, solvendique potestatem (quae potestas, ut ante monui, Ordinis, et Apostolatus est) Johannes quidem docet; omnes autem, non unum Simonem a Petra Christo fuisse appellatos Petros, seu petras, non item docet; rursumque aut omnes, non unum Petrum sibi dictum a Christo ipso putasse *το super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam*; aut non fuisse Petro uni dictum *τὸ tibi dabo claves Regni Caelorum*, multo minus docet. Cumque

gam. Cap. VIII., *et de Pudicitia* Cap. XXI. ex quo intelliges, quae seculo II. et III. fuerit hac de re adversus Montanistas catholicorum sententia. Origenem Tom. XII. in Matthaeum num. XIV. Vol. III. Edit. novae Paris. Monachorum S. Mauri, et Homil. V. in Exodum n. v. Tom. II. ubi Petrum *Ecclesiae fundamentum, et petram solidissimam, super quam Christus fundavit Ecclesiam*, esse docet: et apud Eusebium lib. VI. Hist. Eccles cap. XXV. p. 352. Edit. Taurinen. an. 1746., quo loco: Petrus, *inquit*, ἐφ᾽ ᾧ οἰκοδομεῖται ἡ χριστοῦ ἐκκλησία, *super quem aedificatur Christi Ecclesia*. Eusebium eumdem Caesariensem lib. II. Hist. Eccles. cap. XIV. pag. 58., et lib. III. Demonstr. Evangel. cap. VII. pag. 121. Edit. Colon. an. 1688. S. Hilarium Pictaviensem Commentar. in Matth. cap. XVI. num 6. S. Cyrillum Hieroſolymitanum Catech. II. n. XIX. pag. 31. et XI. Cateches. num. III. pag. 150 et Catech. XVII. num. XXVII. pag. 277. Edit. Paris. an. 1720. S. Basilium Magnum lib. II. adversus Eunomium *num. IV. pag.* 240. Tom. I. Edit. Paris. an. 1721., qui „ quoniam, *inquit*, fide praestabat (Petrus), Ecclesiae aedificationem in seipsnm suscepit ..... quare nomen characterem quidem Petri nobis definit „. Sed omnes numerando persequi non est necesse, nec vero vacat. Eorum seriem dedit Mamachius in V. Antiquitatum Christianarum libro pag. 176. sqq. quem Anonymus citat aliquando testem.

Johannes quidquam tale usquam non modo non docuerit, sed ne innuerit quidem; quae tanta tua ista est confidentia, ut ejus testimonio eludi abs te speres posse oraculum Servatoris Christi a Matthaeo traditum memoriae hominum sempiternae? Quid si Johannes ipse XXI. capite v. 15. satis explicate testetur, Petrum, qui plus ceteris Christum diligeret, fuisse quoque ceteris antelatum, obtinuisseque proinde pascendi gregis Christiani universi praecipuam potestatem? Id vero quis non plane videat, quam respondeat pariter Matthaei loco, quamque conferat ad confirmandum commune Dogma orthodoxorum?

Confugit Anonymus ad Hieronymi auctoritatem; sed frustra. Nam est ei S. Doctoris repugnans sententia.

VI. Nunc ne vager latius, te, ut ajunt, κατὰ πόδας insequar. Jam involvendi, pervertendique Evangelii causa, abutere Hieronymi testimonio e priore adversus Jovinianum libro. Sic autem illud effers: „ Omnes Apostoli acceperunt claves regni caelorum, „ et Ecclesia super eos omnes aequaliter est funda- „ ta „. Verum cives tuos instituturo tibi agendum erat meliore fide. Hieronymi certe integra haec est sententia. „ At, inquis, super Petrum fundatur Ec- „ clesia, licet idipsum in alio loco super omnes Apo- „ stolos fiat, (1) et cuncti claves regni caelorum

(1) Ubinam, rogo? Paulus quidem certe cap. II. Epist. ad Ephesios *superaedificatos*, ait, esse Christianos *super fundamentum Apostolorum, et Prophetarum*, at non ait *ex aequo*. Nec vero Hieronymus *ex aequo* dicit, dum agit *de fundamento*. Immo vero alibi, singulari quadam ratione Ecclesiam fuisse super Petrum aedificatam docet, uti mox videro.

„ accipiant (1) , et ex aequo super eos fortitudo Ec„ clesiae solidetur , tamen propterea inter duode„ cim *unus eligitur* , ut *Capite constituto* , schisma„ tis tollatur occasio „ . Negabis , te consulto praetermisisse τὸ *inter duodecim unus eligitur , ut capite constituto schismatis tollatur occasio* (2) . Sed quam

(1) At *Claviger* Regni Caelorum κλειδοῦχος Petrus solum ἀυτονομαστικῶς dicitur a Patribus, ut constat ex Cyrilli Herosolymitani Catechesi XVII. num.27. pag 277. Confer etiam S.Hilarium Commentarior. In Matth. cap. XVI. Neque enim ceteris Apostolis explicate dictum a Christo usquam in Evangelio est, tradi ipsis ab se claves regni Caelorum. Hinc fuerunt , qui dicerent , potestatem ligandi , solvendique concessam Apostolis etiam ceteris , Discipulisque fuisse ; claves regni caelorum non item . Cur autem ? Nisi quia his verbis : *tibi dabo claves regni caelorum* , quae dicta ceteris non fuere , quidquam amplius , praestantiusque continere arbitrabantur ? In his est vetus auctor Homiliae de Poenitentia num. 5. quem docti quidam viri Johanni Chrysostomo adscripsere Tom. VIII. Oper. Chrysost. in Append. pag. 296. , et Eulogius Alexandr. apud Photium Biblioth. Cod. CCLXXX. pag. 1600. Alii etsi ceteris Apostolis datas claves affirmant, tamen praecipua quadam ratione coryphaeo Petro , adeo ut per Petrum ipsis fuerint communicatae , cum ille eas primus accepisset . Optatus Milevit. lib. VII contra Donatistas cap.III. pag.101.sq.et S.Leo Serm.II. cap.III. pag.6. , et Serm.III. cap.II. pag.8. sq. Tom.I. et Epist. X p.37. Tom. II. Haec omnium communis doctrina est , primatum fuisse Petro datum , in eoque uno fundatam unitatem . Hinc S. Ephraemius Syrus ceteris consentanea praedicans , Petrum oculum Apostolorum , Caelorum custodem, et κλειδοῦχων πρωτότοκον , et *clavigerorum primogenitum* vocat . *Encom. in Petrum, et ceteros Apostolos* p.462. *Tom.III. Graec. lat. Edit. Romanae* p. 1746. Quod autem addit Hieronymus , *ex aequo super* Apostolos *fortitudinem Ecclesiae solidari* , de Apostolica praedicatione intelligendum est , non de potestate capitis . Nam unum Petrum *caput* ceterorum fuisse mox affirmat .

(2) Tom. IV. Oper. Hieron. Parte II. Edit. Paris. Martianaei p. 168.

vereor, ut nemo futurus sit, qui istud tibi neganti credat. Ac si Viclefum, Calvinum, Marcum Antonium de Dominis tuae opinionis appellasses testes, facile equidem paterer, cum hi tibi ad errorem praemonstrarint viam: quod autem patrono Hieronymo gloriere, quo nullus tibi dici potest infestior, ecquem demum fore confidis, qui non graviter, indigneque ferat? Attende, quaeso, quid sanctus ille Doctor ad Damasum Pontificem scribens, testetur „: Ego, *in-*
„ *quit*, nullum primum, nisi Christum sequens,
„ Beatitudini tuae, idest *Cathedrae Petri* commu-
„ nione consocior. Super *illam petram aedificatam*
„ *Ecclesiam scio*. Quicumque extra hanc domum
„ agnum comederit, profanus est .... Non novi Vita-
„ lem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Qui-
„ cumque tecum non colligit, spargit (1) „. Quidquam ne desiderari potest ab inani, errorisque pleno tuo dogmate alienius? Si enim *peraeque* (uti tu quidem arbitrare) super Apostolos ceteros, quemadmodum supra Petrum Ecclesiam fuisse a Christo *fundatam*, Hieronymus existimasset, qua inconstantia, debilitateque mentis eo fuisset delatus, ut nihil haesitans scriberet: non tanti se Vitalem, Meletium, Paulinum, Episcopos scilicet pendere; unumque se Damasum Petri cathedram tenentem sequi, super quam

(1) Epist. quae est inter Damasianas X. num. 2. Tom. I. Epistolar. Romanor. Pontif. pag. 546. Edit. Paris. an. 1721.

petram sciret aedificatam Ecclesiam, et cum qua petra, seu cathedra qui non colligit, spargat? Rursum Hieronymus idem in Dialogo adversus Pelagianos: „ Quid Platoni, et Petro, *inquit*? Ut enim ille „ Princeps Philosophorum fuit, ita *hic* Apostolorum, „ super quem Ecclesia Domini stabili mole fundata „ est „. (1) Hoccine est ex aequo prorsus, non Apostolatus ratione tantum, super Petrum, Apostolosque ceteros fundatam esse Ecclesiam? Profecto qui eo nomine princeps reliquorum Apostolorum est, quod super eum Ecclesia sit stabili mole fundata, quodque caput sit, quicum colligere omnes debeant, is nomine eodem non par, sed potior sit oportet, atque praestantior.

Non minus errat Anonymus praesidium petens a Cypriano.

VII. Provocas inde ad *idiotismos* Cypriani. Rogo, cujusmodi sint „? Omnes Apostolos, *inquis*, fuisse „ utique aequales Petro, unaque cum illo eamdem „ obtinuisse dignitatem, et potestatem „. Tamne segnes, tardos, ineptos esse existimas Cives tuos, ut eorum neminem cogniturum speres, vitiasse te, praecidisseque Cypriani locum e Libro *de unitate Ecclesiae*? Atque is certe sic erat integer abs te afferendus, si integra agere voluisses fide. „ Super unum „ aedificat Ecclesiam suam, et quamvis Apostolis „ omnibus parem potestatem tribuat, et dicat, *si-*

(1) S. Hieron. *Dialog. contra Pelagianos Tom. IV. Parte II. Edit. Paris. Martian. pag.* 249.

„ *cut misit me Pater*, *et ego mitto vos etc.*, tamen ut unitatem manifestaret, *unitatis ejusdem* „ *originem ab uno incipientem sua auctoritate dispo-* „ *suit*. Hoc erant utique ceteri Apostoli, quod fuit „ Petrus, pari consortio praediti et honoris, et po- „ testatis; sed exordium ab unitate proficiscitur, ut „ Ecclesia Christi una monstretur „ (1). Abs te nunc postulo, cur haec de *aedificata super unum Ecclesia*, *de unitatis origine* a Petro *incipiente*, deque Petro ipso *exordio unitatis* suppresseris? Noras scilicet, ea S. Martyris verba prae se longe aliud ferre, quam istud sit novae doctrinae genus, quod tuis civibus obtrudere conare. Itaque praetervectus ipsa silen-

(1) Lib. De unitat. Eccles. p. 107. sqq. Edit. oper. Oxon. an. 1682. Is locus sic, ut modo in aliquot Codicibus legitur, etiam in eo legebatur, quo usus Pelagius Secundus extremo fere seculo VI. fuit, cum epistolam IV., quae est II. ad Episcopos Histriae ſcriberet Tom. III. Concil. Edit. Paris. an. 1714. pag. 19. „ Exordium „ ab unitate proficiscitur, et *prima-* „ *tus Petro datur*, ut Ecclesia una „ monstretur „. Et post pauca „ Hanc „ Ecclesiae unitatem qui non tenet, „ tenere se fidem credit? Qui Cathe- „ dram Petri, super quam Ecclesia „ fundata eſt, deserit, et resistit, in Ec- „ clesia se esse confidit „? Quo sane respexiſse Hieronymum arbitror in priore adversus Jovinianum lib. ubi, uti paulo ante demonstratum est, de potestate agit Apostolorum: additque mox de Petro, *ut capite constituto*, *Schismatis tollatur occasio*. Sed fac Τὸ *primatus Petro datur*, et Τὸ *qui Cathedram Petri de-* serit, e margine inlatum in textum Cypriani ab aliquibus Exscriptoribus fuerit; uterque tamen is locus ejusmodi est, ut plane doctrinae Cyprian. consentaneus sit, ut ex aliis S. Martyris testimoniis, quae diligenter supra descripsimus, liquet. Confer Coustant. *Praefat. in collect. Epistol. Roman. Pont. Par. I. n. 7. pag. IV. Tom. I. Edit. Paris. an. 1721.*

tio es, quo metueres, ne si proferres, unum aliquem non defuturum, qui tuam et diligentiam, et fidem desideraret. Verum ne quem ea deinceps lateant, egomet cavero. Cyprianea haec sunt „. Deus „ unus, et Christus unus, *et Cathedra una super* „ *Petrum*, Domini voce, fundata. Aliud altare con„ stitui, aut sacerdotium novum fieri non potest. „ Quisquis alibi collegerit, spargit „ : (1) Rursum : „ *Una Ecclesia* a Christo Domino super Petrum „ origine unitatis, et ratione fundata „ : (2) Et alio loco : „ Ad Petri Cathedram, atque ad Ecclesiam „ principalem, unde unitas Sacerdotalis exorta „ est „. (3) Postremo ne multis te morer : „ Petro „ primum Dominus, super quem aedificavit Eccle„ siam, et unde unitatis originem instituit, pote„ statem istam dedit, ut id solveretur in caelis, quod „ ille solvisset in terra „ (4). Ad te me referam. Jamne cernis quae tandem *origo* illa sit, cujus est a Cypriano facta mentio, quodque *exordium profectum ab unitate* ? Nimirum unius Ecclesiae est, simulque unius Cathedrae in uno primum Petro facta fundatio, adeo ut ii, qui nomina militiae Christi dederint, eidem Cathedrae jungi, cumque ea colligere

(1) *Epist. XLIII.* al. *XL. ad Plebem pag.* 83.

(2) Epist. LXX. ad Januar. Saturninum &c. pag. 191.

(3) Epist. LIX. al. LV. ad Cornelium pag. 135. sq.

(4) Epist. LXIII. ad Jubajanum pag. 201.

debeant. Quod si quis ab ea dissidere, vel desciscere ausus sit, is haeretico sit, schismaticove spiritu incitatus, quippe qui aliud altare constituat, spargat ?, novumque sacerdotium inducere videatur. Id vero cum cernas, planeque sentias, quo tu ore jactes par omnino rebus omnibus fuisse Petri, ceterorumqne Apostolorum *consortium honoris, et potestatis?* Cyprianus certe parem potestatem dicit, parem *omnino* non dicit. Atque eam paritatem Apostolatus judicat fuisse, non *cathedrae*, *originis unitatis*, atque *primatus*, qui ex origine ipsa manet, ac *principale* quidpiam secum ferat. Jam vero unius quidem Petri meminit, in quo Ecclesia fundata fuerit; aliorum autem cujusquam non item. Quin etiam ita generatim, atque universe loquutus est, ut palam ostenderit, Apostolos reliquos reipsa fuisse sparsuros, si alibi collegissent (1). *Quisquis*, inquit, *ali-*

(1) Huc recidunt, quae deinceps Africani Patres scripsere. Seculo IV. Optatus Milevitanus *lib. II. contra Donatistas cap. II. pag.* 31. Parmenianum alloquens: *Negare* inquit, *non potes, scire te, in urbe Roma Petro primo Cathedram Episcopalem esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum Caput Petrus, unde et Cephas appellatus est, in qua una Cathedra unitas ab omnibus servetur, ne ceteri Apostoli singulas sibi quisque defenderent, ut jam schismaticus, et peccator esset, qui contra singularem Cathedram alteram collocaret*. Vide praeterea S. Augustinum Epistola XLIII., al. CLXII. ad Glorium, et Eleusium n. 7. Tom. II. p. 69. et Ep. LIII. al. CLXV. ad Generosum, Fortunatum, Alypium etc. n. 1. sq. pag. 91., et Seculo V. Synod. Charthagin. Epist. ad Innocentium, quae est inter Augustinianas CLXXV. al. XC. n. 2. p. 470., et Concil. Milevitani Epist. Synodicam, quae est inter Augustinianas CLXXVI.

bi colligit, spargit. Audin' τὸ *quisquis*? Id nempe ita omnes comprehendit, ut excipiat prorsus neminem. Cognosce nunc ex Cypriano, quae sit, atque ubinam gentium illa una Cathedra in Petro (1) fundata perstet. Ille de parasynagogis Felicissimo, Sociisque agens (2) „: Navigare, *inquit*, audent, et *ad Petri* „ *Cathedram, atque ad Ecclesiam principalem, un-* „ *de unitas Sacerdotalis exorta est*, a schismaticis, „ et profanis litteras ferre, nec cogitare eos esse Ro- „ manos, quorum fides, Apostolo praedicante, „ laudata est, ad quos perfidia habere non possit ac- „ cessum „. Est igitur, Cypriano praedicatore, ac teste, ea unitatis cathedra constituta Romae; qua ex re fit, ut Romana sit Ecclesia PRINCIPALIS.

Expedi nunc jam, quid illud sit: *ad Catedram Petri*

num. I. et 5. pag. 472. sq., et Epistolam quinque Episcoporum, quae est CLXXVII. al. XCV. ad eumdem Pontificem n. 19. p. 478. Mitto cetera ejusdem generis monumenta, de quibus deinceps erit opportunior dicendi locus.

(1) Vide S. Optatum ibid. cap. III. sq. pag 31. sqq. „ Ergo Cathedram „ unicam, quae est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Linus..... Siricius, hodie „ qui noster est socius, cum quo „ nobiscum totus orbis commercio „ formatarum in una communionis „ societate concordat. Vestrae Ca- „ thedrae (Donatistae) vos origi- „ nem reddite, qui vobis vultis San- „ ctam Ecclesiam vindicare „. *Et cap. IV. sq. pag.* 35. „ Contra portas „ inferi claves salutares accepisse, „ legimus Petrum principem scili- „ cet nostrum..... Unde est ergo, „ quod Claves regni caelorum vobis „ usurpare contenditis, qui contra „ Cathedram Petri vestris praesum- „ ptionibus..... militatis „?

(2) *Epiſt.* LIX. al. LV. p. 135. sq.

litteras ferre etc. Ad ligneam ne Cathedram, an ad marmoream? Hoc tibi reliquum esset ad explendam garriendi, nugandique licentiam. Sed nugere licet, quantum voles, perfugere certe, seu *litteras ferre* ad Petri Cathedram idem Cypriano heic est, atque ad eum, praesidii petendi causa, adire, qui legitimo jure successionis, Petri Catedram teneat. Ad quem enim, nisi ad Cornelium, Romae tunc in Cathedra Petri sedentem, Fortunatus, Felicissimus, aliique horum similes adversus Cyprianum provocaverunt? Conferam in pauca. Cum Cypriani testimonio, fundata in Petro unitatis cathedra sit, unde est exorta unitas sacerdotalis, ad quam quidem cathedram qui non adhaerescat, aliud is altare constituat, spargatque, non colligat; consequens est, ut Cypriani ejusdem judicio, plus fuisse Petro concessum a Christo, quam cujvis alteri Apostolorum confitendum sit: Cumque ea unitatis cathedra, ut idem Cyprianus monet, Romae sit constituta, indeque fiat, ut Romana sit *principalis* Ecclesia; plane sequitur, Christianos quosque ita ipsi conjungi, atque consociari oportere, ut, si secus faxint, spargant, aliudque altare locent, illigentque se haereseos, aut schismatis crimine. Postremo cum ad Petri sedem perfugere idem Cypriano sit, atque perfugere ad Pontrficem, qui legitimus Petri Successor est, adeoque Petri cathedram tenet, moderaturque *principalem*

Ecclesiam (1); concludendum erit, Episcopum Romanum tenentem Petri cathedram, et principalem Ecclesiam regentem, ac gubernantem ita principatu, non secus ac Petrum, potiri, ut quicumque junctus ipsi non sit, neve cum ipso colligat, is aliud altare constituat, spargat, referaturque in numerum schismaticorum. Ac de Cypriano quidem hactenus, cujus tu idiotismis obrueris, si perges dogmati communi resistere.

Locus e Cap. XXI. Evangelii Johan. quo Anonymus abutitur, Petrum ceteris Apoſtolis, omnibus rebus, parem non efficit.

VIII. Jubes porro, quam ordine, quamque distribute tute videris; at jubes tamen, ut consideremus, quid Christus Apostolos alloquens dicat apud Johannem cap. XXI. v. 19. Evangelii. Jus merum postulas. Verba, inquis, Christi haec sunt omnino; „ sicut „ misit me Pater, et Ego mitto vos „. Fateor. Verum quid haec ad rem, de qua nostra omnis est controversia?

At τὸ *sicut*, inquies, aeque eos fuisse a Christo Servatore missos demonstrat, propthereaque ipsos fuisse dignitate, atque potestate quovis in genere pares. A Spalatensi, credo, hanc accepisti mutuo rationem concludendae sententiae. Verum attende,

(1) Hinc Cyprianus Ep. LV. al. LII. ad Antonianum pag. 104. vacare locum Petri; et gradum Cathedrae Sacerdotalis scribit, mortuo Romano Episcopo, quoad ei alter successerit. Factum enim Cornelium fuisse Episcopum, scribit, *cum Fabiani locus*, *idest cum locus Petri*, *et gradus Cathedrae Sacerdotalis vacaret*.

BIBLIOTECA ... ROMA ... VITTORIO EMANUELE

quo serpat. Sumis tu quidem, τὸ *sicut* paritatis indicium esse, ostendereque, Apostolos omnes missos ita fuisse, nulla ut inter eos esset honoris, auctoritatisque imparitas. Sumet alius, dictum a Christo fuisse: *sicut misit me etc.* Itaque sicut Christus missus a Patre, ita ipsos ab eo fuisse missos. Jam τὸ *sicut misit me*, cum te auctore, paritatis indicium sit; pares omnino Apostolos Christo fuisse, demonstrare. Age vero cum absurda, indignaque homine Christiano haec sit conclusio; quid est, quod te τὸ *sicut* ita conturbet, ut nihil in Petro reliqui facias, quod sit non *Apostolatus* solum, (quod ultro concedimus); sed etiam *primatu Apostolatus* praestantius? An Christus ajens: *sicut misit me Pater etc.* revocavit (1) quod

(1) Jacobus Benignus Bossuetius in eo Sermone, quem de unitate Ecclesiae V. Idus Novembres an. 1681. ad Collegas habuit, qui ad Comitia tum primum convenerant, acturi deinceps de notis illis articulis quatuor Tom. VII. Oper. pag. 476. Edit. Argentin. an. 1752. „ C' étoit, *inquit*, „ manifestement le dessein de Jesus-Christ de mettre premierement „ dans un seul ce, que dans la suite „ il vouloit mettre dans plusieurs. „ Mais la suite ne renverse pas le „ commencement, et le premier ne „ perde pas sa place. Cette premiere parole: *tout ce, que tu lieras* „ dite à un seul a déja rangé sous „ sa puissance chacun de ceux, à „ qui on dira: *tout ce, que vous* „ *mettrez*; car les promesses de „ Jesus-Christ aussi bien que ses dons „ sont sans repentance; et ce, qui „ est une fois donné indefiniment, „ et universellement, est irrevocable: „ outre que la puissance donnée à „ plusieurs porte ſa restriction dans „ son partage; au lieu, que la puissance donnée à un seul, et sur tous, „ et sans exception emporte la plénitude, et n' aiant à se partager „ avec aucun autre, élle n' a de „ bornes, que celles, que donne la „ regle. C' est pourquoi nos anciens Docteurs de Paris, que je

antea Petro confirmarat : *Tu es Petrus etc.* (1) . *Pasce oves meas etc.* (2) ; vel monuit , inane aliquando fore , quod Petrus idem sibi assumpturus erat , ut est in Apostolorum Actis : „ Deus in nobis elegit per os „ meum audire gentes verbum Evangelii , et credere „ (3) ? Haec autem , quibus conficitur , plus fuisse, quam ceteris Apostolis tributum Petro , haec , inquam , cum neque revocarit Christus , neque usquam dixerit inania futura , qua tu fronte tibi polliceare , labefactari ea abs te illo Evangelii loco posse , qui est *de Missis Apostolis a Christo , sicut ipse a Petro missus fuerat ?* quo certe in loco ne obscurius quidem indicatur , ita ipsos fuisse missos , nihil ut prorsus esset , quovis in genere , inter eos honoris , dignitatis, auctoritatisque ratione dispar ? At si τὸ *Ego mitto vos* bene intelligatur , inquis , eodem sane revolvitur , ac τὸ *Ego vos mitto , et non ego vos mitti faciam a Petro* . Callide ! Detur id tibi de Apostolis tunc missis : at his certe satis erat exploratum , et cogni-

„ pourrois ici nommer avec hon„ neur , ont tous reconnu d' une mê„ me voix dans la chaire de saint „ Pierre la plénitude de la puissance „ Apostolique . C' est *Un point de„ cidé , et resolu* :... Tous reçoivent „ la même puissance , et tous de la „ même source , mais non pas tous „ en même degré , ni avec la mê„ me étendue etc. „ Sed de Bossuetio alio loco copiosius . Interea videat Anonymus noster , qua fide a Bossuetio praesidium sese impetraturum jactet .

(1) Matth. cap. XVI. v. 18.

(2) Johan. cap. XXI. v. 17.

(3) Actor. cap. xv. v. 7.

tum, ita se missos a Christo esse, ut Petrum (cujus fidei non agnos tantum suos, sed etiam oves crediderat (1)), agnoscerent totius Christiani gregis Pastorem, eumque primi, seu principis loco ducerent, atque eidem adhaererent, neve committerent, ut ab ejus se societate umquam, unitateque sejunxisse viderentur (2).

Confugit ad Paullum; sed injuria.

IX. Deponis Evangelium. A Paullo namque esse tibi praesidium petendum arbitrare. Quid is? *Neque ab hominibus*, inquit, *neque per homines*. Est ita sane. Verum expecto, quid inde sis commodi percepturus. Non ergo, inquis, *a Papa, neque per Papam, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem*. Mirabar quorsum evaderes. Nunc illud teneo: velle te, ut non proponentis Ecclesiae ministerio ullo; sed uno inistinctu Numinis Divini, doceri se mittive Praesides sacrorum credant. At enim sectariorum ista est haeretica persuasio, nihil opus esse

(1) S. Ambrosius lib X. in Lucam num. 175. sq. pag. 1105. Tom. II. Edit. Venetae an. 1748. „ Quia, *inquit*, Petrus solus profitetur ex „ omnibus, omnibus anteferetur ...Et „ jam non agnos (*tantum*) ut primo, nec oviculas, nt secundo; „ sed oves pascere jubetur, perfe„ ctiores ut perfectior gubernaret „. Praeterea Bossuetium abs te audiri volo, qui in Serm. proxime indicato pag. 473. scribit hoc modo: „ C'est „ à Pierre qu'il est ordonné ... de „ paſtre, et de gouverner tout, et les „ agneaux, et les brebis, et les „ petits, et les meres, et les pa„ steurs mémes. Pasteurs à l'égard „ des peuples, & BREBIS A L'E„ GARD DE PIERRE. „

(14) De Patrum hac de re doctrina agam alibi opportune, ac tempori.

proponente Ecclesia, unoque spiritu privato suo ferri quemque oportere ajentium: quem quidem spiritum inesse sibi gloriantur *per Jesum Christum*, *et Deum Patrem*.

Atqui ita de se Paullus praedicat. Novi id equidem. Sed de exemplo tanti Apostoli ne labora. Scripsit ille vivis adhuc Petro, Jacobo, et Johanne, quo tempore nondum expletus Canon novi Testamenti Scripturarum erat. Quare nihil est causae, cur mirere, acceptum dici divinitus ἀμέσος *immediate*, non ab homine, neve per hominem a Paullo Evangelium; id quod ille confirmare poterat, et vero confirmarat patratione miraculorum (1). Post exactos autem Apostolos, valere novas revelationes posse, quibus tanta insit, quanta Evangelio auctoritas, Cataphrygarum error est (2), non dogma Orthodoxorum. Ceterum etsi

(1) Confer Chryſoſtomum in cap. 1I. Epist. ad Galatas v. 9. sqq. pagin. 685. Tom. x. oper. Edit. Paris. an. 1732. quo loco: *factis* Apostolos cognosse, ait, quam recte praedicaret Paulus; adeoque ei dexteras dedisse societatis. Conſule praeterea S.Thomam *in Epiſt. ad Galat. cap.* 1I. Lect. 1I. p. 388. Edit. Lugd. an. 1689. ubi ejus eſt hac de re illustris, ac Sacrarum Scripturarum auctoritate firmatus locus.

(2) Nam orthodoxos, (propterea quod Montanistas, seu Cataphrygas novas prophetias jactantes, novaque visa suorum Evangelio aequantes inſectarentur) Tertullianus carpens, quasi restringere Dei potestatem vellent ,, : Palos terminales, *inquit*, figitis Deo sicut de gratia, ita de ,, disciplina; sicut de charismatibus, ,, ita de solemnibus, ut proinde officia cessaverint, quemadmodum et ,, beneficia ejus ,,. Lib. de Jejuniis cap. IX. Tale quidpiam sensit Aetius haeresiarcha IV seculo. Vide Theodoretum lib. II. Hist. cap. XXVIII. pag. 101. Edit. Taur. an. 1748.

evangelium a Christo, (non per hominem, (1) seu hominum ministerio) acceperat Paullus; nihilominus ad Petrum venit, (2) mansitque una simul (3) diebus quindecim, deincepsque evangelium idem cum Petro, Jacobo, et Johanne contulit, *ne in vanum cucurrisse* (4) videretur. Qui tres Apostoli, cum gratiam cognossent divinitus eidem Paullo tributam, *dexteram ei dedere societatis*. Id vero cum fecerit Paullus, quanto nunc magis faciendum ab iis est, qui vocati sint ad ministerium sacrorum, ut ad Petri Cathedram ante conveniant, dexteramque societatis accipiant a Pontifice Successore ejusdem Petri?

Ab Ambrosio praesidiū Anonymus poſtulat, cum tamen ei Ambrosius adversetur; neque vero Ambrosius solū; sed etiam Ambrosiaster.

X. Aestuare te video. Nam, dimisso Paullo, quaeris, si qua, ut olim in maenianis, ita nunc sit umbra in libris Ambrosii, quam sequare. *Ambrosius*, inquis, *Commentar. in Epist.* 1. *Paul. ad Corinthios cap. XI.* (5). Miror te, qui id contendis, atque enitere, ut *melioribus informationibus* instructus videare,

(1) Ad Galat. cap. 1. v. 11.

(2) Bossuetius ibid. pag. 469. „ Le „ grand Paul *le vint voir* (S. Petrum) „ non pas Jacques, quoiqu' il y fut un „ si grand Apôtre ... Ce n' étoit pas „ lui, que Paul devoit venir voir; „ mais il est venu voir Pierre, et „ le voir selon la force de l'original, „ comme on vient voir une chose „ pleine de merveilles, et digne d' „ être recherchée, le contempler „ l' étudier, dit S. Chrysostome, „ *commentar. in Ep. ad Galat. c. I.*, „ et le voir comme plus grand auſſi „ bien, que plus ancien que' Lui „.

(3) Epiſt. ad Galatas cap. II. v. 2.

(4) Ibid. v. 9. et cap. I. v. 18.

(5) Vide Admonitionem Monachorum Congregationis S. Mauri in haec Ambroſiaſtri Commentaria T. IV. Oper. S. Ambros. in Append. pag. 26. sqq.

hoc tam *illuminato*, ut nugaris seculo, ita caecutire, tantaque in rei litterariae ignoratione versari, ut quod Ambrosii non est, id esse Ambrosii tam fidenter vociferere. Fac tamen id Commentariorum genus non incerto incertae aetatis scriptori esse, ut est revera; sed vero Ambrosio adscribendum; quaero, quid is ferat, unde tu lucri aliquid capias? *Eexhiberi*, inquis, affirmat *ab Episcopo Personam Christi*, Episcopumque *esse Vicarium Domini*. Nimis concise tu quidem. Nam Ambrosiastri copiosior est, planeque orthodoxa oratio. Verum quid tu isthinc consequere? Non enim quisquam est nostrum, qui Ignatium, (1) Cyprianum (2), aliosque sequutus, non ultro confiteatur, habendum esse quemque Episcopum in sua Dioecesi *vice* Christi. Nos certe non quaerimus, quem prae se in sua dioecesi Episcopus quisque ferat, neve quem Abbas (3) in suo coenobio. Illud quaerimus, sintne Episcopi omnes dignitate, auctoritateque in omnibus omnino pares; an Romanus unus omnium maxime ita sit Vicarius Christi, Chri-

(1) Epiſt. ad Epheſios num. VI. pag. 93. Tom. II. Apoſtolic. Patrum Edit. Londin. an. 1746., et Epiſt. ad Magneſianos num. VI. pag. 127., et Epist. ad Trallianos num. II. pag. 171., et num. III. pag. 173. etc.

(2) Epist. LIX. al LV. ad Cornelium pag. 230., et Epist. LXVI. al. LXIX. Ad Florentium p. 166. sq. Edit. Oxon. an. 1682.

(3) *S. Basilius Constitution. Monasticar. Cap. XXII. num. 4. p. 573. Tom. II. oper. edit. Paris.* 1721. Praefectum Monasterio eum esse dicit, qui sustineat τοῦ σωτῆρος πρόσωπον *Servatoris personam*.

stumque referat in universa Ecclesia, ut Caput sit, ac Princeps ceterorum Vicariorum? Id cum te non lateat, peti abs te non gravate feres, ut hisce limitibus contineare. Jubesne Ambrosio utamur judice? Geram tibi libenter morem. At Ambrosio genuino, ac certo volo. Quid enim istum personatum morer, in cujus te contulisti clientelam, et fidem; quique a viris doctissimis non in Pelagianismi, (1) et Luciferianismi solum, sed in Arianismi etiam suspicionem vocetur? Atque est veri Ambrosii in *Expositione Evangelii Lucae* de Petro ceteris antelato insignis locus (2). Alibi vero et Petram (3) ipsum Ambrosius idem, et firmamentum (4), et praepositum (5) Ecclesiae esse agnoscit, ac praedicat, simulque testatur: ubi Petrus sit, ibi Ecclesiam (6), fidem, salutem esse, nec habere Petri haereditatem (7), qui Petri se-

(1) De Ambrosiastro, qui in Pelagianismi, et Luciferianiſmi crimen vocetur, confer admonitionem, ejus commentariis praefixam, pag 26. seq. Tom. IV. oper. Ambros. in Append., et pag. 30. Quid? si Ambrosiaster Aetio Haeretico assensus, Episcopos Praesbyteris esse negat superiores? *In commentar. in Epist. ad Ephes. Cap. IV. ver. 11. pag. 286. seq. Tomi ejusdem.*

(2) Lib. X. in Lucam. n. 175. sq. pag. 1105. Tom. II.

(3) Hymno 1. Tom. IV pag. 307.

(4) Lib. de Virginitate Cap. XVI. n. 105. Tom. III. pag. 293., quo loco inesse scribit in Petro *Ecclesiae firmamentum, et Magisterium Disciplinae. Et Lib. IV. de Fide Cap. V.* n. 76. pag 672., quem cum petram dicit, firmamentum Ecclesiae indicavit. Quin etiam principatum Petro datum ibidem ostendit.

(5) *In Psal.* XLIII. *num.* 40. *pag.* 236. Petrus *Ecclesiae* praeponitur.

(6) In Psalm. XL. n. 30. pag. 204. Ubi Petrus, ibi Ecclesia.

(7) Lib. I. de poenitentia cap. VII. num. 33. pag. 505.

dem non habeat. Age vero cum haec non alteri cuiquam, sed soli Petro Ambrosius fuisse divinitus attributa credat; quis dubitet, ejus quidem sententia, Apostolorum Caput, ac Coryphaeum, adeoque Christi Vicarium principem fuisse Petrum? Quid? Si de Damaso Pontifice, quem Ursicini Antipapae factio vexabat, ad Imperatores Ambrosius, Episcoporum Synodi Aquilejensis nomine, scribens „ totius, inquit, orbis Romani Caput Romanam Ecclesiam, atque illam Sacrosanctam Apostolorum fidem, ne turbari sineret, obsecranda fuit clementia vestra. Inde enim in omnes veneranda communionis jura dimanant „ (1). Quod tam erat ei compertum, exploratum, certum, ut illos, quibus non conveniat cum Romana Sede, in turbam esse rejiciendos schismaticorum statueret (2). Atque est id Sedi Petri peculiare, qui Petrus, Ambrosio eodem teste, non jam agnos solum, ut (3) *primo quodam lacte vescendos, neque oviculas, ut secundo, sed oves pascere jussus fuerit, perfectiores ut perfe-*

(1) Epist. XI. quae est Synodica Concilii Aquilejensis an. circiter 376. num. 4. pag 850. Tom. III.

(2) *De excessu Fratris sui Satyri Lib.* I. *num.* XXVII. pag. 88. Tom. IV.

(3) Lib. X. in Lucam n. 176. T. II. p. 1105. Jam Lib. IV. n. 71. p. 848. *Soli Petro dici a Christo* animadverterat, *duc in altum, hoc est in profundum disputationum. Atque in hoc altum*, inquit, *disputationis Ecclesia a Petro ducitur.* Paulo autem ante dixerat n. 70. „ Non turbatur navis Petri, in qua prudentia „ navigat, abest perfidia, fides spirat. „ Quemadmodum enim turbari poterat, cui praeerat is, in quo Ecclesiae „ firmamentum est „?

ctior gubernaret. Satis multa de vero Ambrosio Redeo ad Ambrosiastrum, de quo sic habeto. Is universe de Ecclesia disserens, hujus, inquit, *hodie rector est Damasus* (1). Quin etiam de Petro agens, hunc et primatu scribit potitum (2), et primum inter Apostolos fuisse, multoque magis inter ceteros; et eum denique, cui *delegarat salvator curam Ecclesiarum*. Ac mirum sane est vidisse haec Grotium (3) hominem de Remonstrantium heterodoxorum grege; te contra minime vidisse, qui tamen et ipsum te ostentes, quasi commentarios legeris Ambrosiastri; et Catholicum temet esse profiteare.

Anonymus Augustino sribuit opus, quod Augustini non est. In eo opere ea statuuntur, quae Anonymi evertunt sententiam. Eidē Anonymo verus Augustinus opponitur.

XI. Taedet Ambrosii te. Mavis Augustinum tibi patronum statuere. Is, inquis, *in Quaestionibus Veteris, et novi Testamenti* (4). Cave tibi a Criticis. Vereor enim, ne te omnes ad unum clamore, ac sibilis insectentur. Nam id opus Augustino esse adscriben-

(1) In Epistolam I. ad Timoth. cap. III. v. 15. pag. 352. Tom. IV. Oper. Ambros. in Append.

(2) Ambrosiaster in Epist. I. ad Corinth. cap. XII. pag. 244 Tom. IV. oper. Ambros. „ Prior, *inquit*, se- „ quutus est Andreas Salvatorem, „ quam Petrus, et tamen primatum „ non accepit Andreas, sed Petrus „. Et Cap. XI. pag. 235. „ Qui primus „ inter Apostolos est, quanto magis „ inter ceteros „. Et in Epist. ad Galatas. cap. I. pag. 254. „ Primus inter „ Apostolos „.

(3) Grotius ad Consultat. Cassandri Artic. VII. pag. 968. Tom. III. oper. Theologic. Edit. Londin. an. 1679. „ „ Certe Ambrosius est is, *inquit*, „ (at est Ambrosiaster) qui Dama- „ sum sua aetate Episcopum Roma- „ num *totius Ecclesiae Christi recto-* „ *rem* vocat „.

(4) Tom. III. Part. I. operum S. Augustini in Append. pag. 61. Edit. Antuerp. an. 1700.

dum vehementer negant. Sunt qui tribuant Ambrosiastro. Sed acceptum referto cuicumque voles, nihil impediam. Rogo, quid is doceat, quod meae repugnet, meae autem? Immo vero communi doctrinae orthodoxorum? Quaestionem indicas XXVII. in qua legis, *Episcopum Vicarium esse Christi*. Eodem in luto volutare. Concedo Episcopum quemque dici Vicarium Christi consuesse in dioecesi sua. Nostra autem non hac de re, sed de Petro, ejusque successoribus omnis est quaestio, primatum ne obtinuerint, obtineant in Ecclesia ita, ut Episcopis ceteris dignitate, auctoritateque praecelluerint, praecellant non humano solum, sed etiam divino jure. Quoties dicendum est tibi? Conjice nunc oculos in quaestionem ejus auctoris quintam, et septuagesimam in novum Testamentum (1). In ea scriptum cernes:,, Si-
,, cut in Salvatore erant omnes causae Magisterii,
,, ita post Salvatorem in Petro omnes continentur.
,, Ipsum enim constituit esse Caput eorum (discipu-
,, lorum), ut Pastor esset gregis Dominici,,. Quid expeti potest clarius? Constitutus enim qui sic est a Christo caput reliquorum Apostolorum, ut pastor sit dominici gregis, inque se contineat omnes magisterii causas; is certe divino jure ceteris praecellit non honore modo, verum etiam dignitate, et potestate. Sed quoniam fidere te praesidio Augustini ja-

(1) Vid. not. superior.

ctas, cognosce, quid verus Augustinus praedicet in altero de Baptismo contra Donatistas libro (1) de Petro, Petrique Cathedra: „ Puto, quod sine ulla „ contumelia Cyprianus Episcopus Petro Apostolo „ comparetur, quantum attinet ad Martyrii Coro„ nam. Ceterum magis vereri debeo, ne in Pe„ trum contumeliosus existam. Quis enim nescit, „ illum *Apostolatus principatu* cuilibet Episcopatui „ praeferendum? Sed etsi *distat Cathedrarum* gra„ tia, una est tamen Martyrum gloria „. Parem ne ceteris Apostolis rebus omnibus fuisse Petrum, Augustini judicio, defendes, quem Petrum *Apostolatus principatum* adeptum docet, seu principem fuisse Apostolorum? Rursum qui statues, Cathedras Episcopales aequandas esse Petri Cathedrae, ejusdem S. Doctoris sententia, qui tamen Doctor, injuriam se Petro inlaturum veretur, si Cypriani Cathedram cum Petri Cathedra, quasi illa ab hac non distet, comparet? Atque ille quidem in XLIV. Epistola (2). *In Romana*

(1) Cap. I. num. 2. pag. 65. T. IX. Paullo ante dixerat: *Apostolus Petrus* „ in quo *primatus Apostolorum* „ tam excellenti gratia praeeminet „. Abi modo, atque Augustino, si potes, patrono gloriare.

(2) Al. CLXII. ad Glorium, et Eleusium num. VII. pag. 69. Tom. II., et Lib. contra duas Epistolas Pelagianorum Cap. VI. pag. 271. Tom. X. Bonifacium Papam alloquens „ Quam„ vis altius praesideas, *inquit*, et „ quamvis in ea praeemineas celsio„ re fastigio „. Confer etiam Augustini Serm. LXXVI al. XIII. de verbis Domini cap. I. num. I. pag. 290. Tom. V., et Sermon CXLVII. al. XXIV. pag. 489. et Sermon. CCXXI. al. CVI. p. 835., et Enarrat. in Ps. CXXXVIII. n. I. p. 2II. T. IV. et Tractat. CXXIV.

mana Ecclesia, inquit, *semper Apostolicae Cathedrae viguit principatus.* Opprimerem te Augustini testimoniis, si persequi heic omnia describendo vellem. Sed de his post videro.

Ad Basilium transilit Anonymus. Nihil Basil. habet quod minus sit consonum doctrinae cõmuni Catholicorum; et multa contra, quae errorem Anonymi funditus evertant.

XII. Ab Augustino ad Basilium migras, praepostere quidem certe, sed id tute dijudica. Hoc miror, te (nescio quo casu infesto tibi) nihil afferre, quod non depravatum sit, aut detruncatum. Basilii hanc dicis esse doctrinam: Episcopum prae se gerere, seu exhibere personam Christi. Jam hoc quam ab re nostra sit alienum, ostendimus. Quamquam S. Doctor de praefectis Monasteriorum loquitur in eo, quem indicas, loco, non de Episcopis. Nisi forte τοὺς καθηγουμένους, (1) eos nempe, qui praesint monachis, aequandos esse Episcopis; atque, ut hos, sic illos esse Romano Pontifici pares auctoritate, pugnes. Sed fac Basilius Abbates Episcopis aequarit (est id sane portenti simile) quid? negavit ne usquam, unum aliquem esse, qui inter Praesides sacrorum sit auctoritate, dignitateque praestantior? Nusquam certe. Immo non solum Petrum fuisse Pastorem Ecclesiae suae a Christo

in Johan. n. v. pag. 592. Tom. III. P. II. et Epist. cxc. al. CLVII. ad Optat. cap. I. n. I. Tom. II. p. 352. ubi: „ Caesaream, *inquit*, nos *in-* „ *juncta nobis a Venerabili Papa Zo-* „ *simo Apostolicae Sedis Episcopo* Ecclesiastica necessitas traxerat „. Adeo ille Apostolicae Sedis Antistitum valere credebat auctoritatem.

(1) Constit. Monasticar. cap. XXII. n. I. sq. Tom. II. oper. Edit. Paris. an. 1724. pag. 573.

constitutum (1), ſuscepiſſeque in se aedificationem Eccleſiae (2), ceteriſque Apoſtolis fuiſſe praelatum (3) cenſuit; verum etiam Sancto Athanaſio per litteras ſignificavit, petiiſſe ab Antiſtite Romano ſe, ut orientalium res inviſeret (4), *et daret ſententiam* (5), *ſuaque poteſtate rem conficeret* (6); tantumque valere Pontificis ejuſdem auctoritatem teſtatus litteris eſt, ut reſtituere ſedi ſuae queat Epiſcopos, quos Synodi de gradu dejecerint (7).

Provocat ad Concilia. Horum tria, quae tantum indicat, gallicana ſunt, et provincialia, nihilque continent, quod ei ſuffragio eſſe poſſit. Contra, Gallicana cetera monumenta eidem

XIII. Abuti nunc Conciliorum dictis aggredere. His praecipi mones, honorandos eſſe Paſtores, uti Patres, Vicarioſque Servatoris Chriſti. Potiſne es aliquando iiſdem nos rebus tam ſaepe obtundendi finem facere? Semel, iterum, tertium jam diximus de Epiſcopis Vicariis Chriſti. Quid obturbas quartum? At id, inquis, ajunt *Sacroſancta Concilia catholica apud Harduinum*

(1) Ibid. num. 5.

(2) Lib. II. Adverſus Eunom. numer. IV. pag. 240. Tom. I. Oper. Edit. ejuſd.

(3) Prooem. Opuſc. de Judicio Dei pag. 221. Tom. II. ὁ μακάριος Πέτρος, ὁ πάντων μὲν τῶν μαθητῶν προκριθεὶς, μόνος δὲ πλεῖον τῶν ἄλλων μαρτυρηθεὶς, καὶ μακαρισθεὶς ὁ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πιστευθεὶς. „ B. Petrus, o„ mnibus diſcipulis praelatus, cui ſoli „ majora data, quam aliis ſunt te„ ſtimonia, qui praedicatus eſt Bea„ tus, cui claves regni caelorum „ concreditae ſunt „.

(4) Epiſt. LXIX. al. LII. p. 162. Tom. III.

(5) Ibid. καὶ δοῦναι τὴν γνώμην

(6) αὐτὸν αὐθεντῆσαι περὶ τὸ πρᾶγμα.

(7) Ep. CCLXIII. al. LXXIV. ad Occidentales n.3. p 406. ubi de reſtituto Sedi ſuae Euſtathio Sebaſteno a Liberio Pontifice diſſerit.

Adversario vehemēter repugnant.cum etsi Vicarios Christi Episcopos dici non negent; Petrū tamen Apostolis, Episcopisque praefectum fuisse demonstrant. Idipsū ostendunt monumenta Germanica, immo vero omnium gentium; et Synodi Oecumenicae.

T. IV. col. 1466. et col. 1480. et T. V. col. 468. Jam hoc noveram, eorum Conciliorum I. habitum an. 844. ad Theodonis villam fuisse, alterum Meldis an. 845. tertium apud Carisiacum an. 858. In horum Gallicanorum Conciliorum Actis, quaero, sit ne quidquam, quod ferat Pontificem Romanum ceteris Vicariis esse parem? Circumspice, rimare, perscrutare penitus, nihil in iisdem tale reperies. Ades nunc animo, et quid Gallicana Concilia postulent, diligenter considera. Jamne vides a Patribus Synodi Arelat. an. 314. agnosci Silvestrum ut *majores Dioeceses tenentem*, *gloriosissimumque Papam* appellari (1)? Quod idem fere dictum intelliges ab iis, qui eam in urbem an. 450. (2) convenerunt. Quo autem haec pertineant, percipi plane potest ex litteris, quas Caesarius Arelatensis paullo post Seculi VI. initium dedit ad Symmachum Papam. „ Sicut a persona B. Petri Apostoli, *inquit*, „ Episcopatus sumit initium, ita necesse est, ut „ disciplinis competentibus Sanctitas vestra singulis „ Ecclesiis, quid observare debeant, evidenter ostendat .... Hoc postulamus (*de alienationibus prae-*

(1) Epist. Synodica Tom. I. Conc. Edit. Hard. pag. 262.

(2) In Synodica ad S. Leonem, cap I. et II. Tom. II. oper. S. Leonis pag. 225. sq.. ubi de *honore* agitur, et *reverentia*, *quae semper debita fuerit Sedi Apostolicae*, *semperque debeatur*; deque *auctoritate*, *ac principatu*, quo praestat. Confer praeterea synodicam Concilii Gallicani an. 451. ad eumdem Pontificem cap. II. et III. pag. 273. sq.

„ *diorum Ecclesiasticorum*) ut fieri prohibeat Apo„ stolicae Sedis auctoritas. Haec omnia ultione di„ strictionis vestrae fieri prohibete „ (1). Horum sunt similia, quae Episcoporum Galliae nomine an. 502. ad Senatores Urbis Avitus Viennensis scripsit. Nam et *Verticem Episcoporum* in eis vocari Romanum legimus, et *Principem*, (2) et *Eminentiorem* ceteris, ita ut ab iis judicari non possit, cum nequeat ab grege judicari Pastor. De auctoritate praeterea Sedis Apostolicae actum perinde ab Synodo Arausicana II. an. 529. fuit (3). Adisis etiam Synodi Vasensis secundae an. ejusdem can. IV. (4), Aurelianensis Tertiae an. 538. can. XXVI. (5) Aurelianensis V. an. 549. (6)

(1) Tom. II. Concilior. Edit Harduini pag. 956. sq.

(2) Tom. eodem pag 981. seqq. „ A cunctis Gallicanis fratribus meis „ ad hoc ipsum non minus per mandata, quam per litteras oneratus, „ quaecumque a vobis omnes ambimus, unus suggerenda suscepi. „ Dum de causa Romanae Ecclesiae „ anxii nimis, ac trepidi essemus „ (Nam Symmachus Pontifex in „ judicium vocabatur) utpote nutare nostrum statum in lacessito „ vertice sentientes, quos omnes „ una criminatio, utique sine invidia multitudinis percusserat, si sta„ tum *Principis* obruisset; perlata „ eſt sollicitudini nostrae ab Italia „ in exemplaribus Sacerdotalis for„ mula decreti, quam de Papa Sym„ macho apud Urbem collecti Italiae „ Antistites ediderunt ... Non ſaciie „ datur intelligi, qua vel ratione, vel „ lege ab inferioribus *eminentior* ju„ dicetur. Nam cum celebri prae„ cepto Apostolus clamet, accusa„ tionem vel in presbyterum recipi „ non debere; quid in *principatum* „ *generalis Ecclesiae* criminationi„ bus licere censendum est ? „ Lege quae sequuntur, ac si os istud tam durum patitur, provoca ad Patres, conventusque Gallorum.

(3) Ibid. pag. 1098.

(4) Ibid. pag. 1106.

(5) Ibid. pag. 1428.

(6) Ibid. pag. 1444.

canon. 1. Sed quoniam monumentis octavi, nonique seculi delectare; confer Synodicam Epistolam Episcoporum Galliae, et Germaniae *in actis Concilii Francofordiensis an.*794. (1), litteras item Caroli Magni ad Elipandum, Actis iisdem comprehensas (2); et eas quoque quas Metensium Antistes an. 862. ad Nicolaum I. Pontificem dedit (3), et Acta Synodi Suessionensis an. 866. (4), Synodicasque litteras ad Nicolaum eumdem missas (5), et Synodi Duziacensis an.871. capita,in quibus haec praeter ceterea reperies ab Hincmaro scripta, eique Synodo probata. „ Apo- „ stolica Sedes, quae est omnium Ecclesiarum in to-

(1) Tom. IV. Concilior Edir.Harduin. pag. 894. ubi de petro Apostolo dicitur „- Pro hac glorioſa confessione B. Petrum principem Apostolorum, caeli, terraeque remuneravit potestate (Christus)„.

(2) Ibid. pag. 898.

(3) Tom. V. pag. 321. „ Vices „ Dei tenetis, *inquit*, et in reveren- „ diſſima Summi Principis cathedra „ verus Apostolus reſidetis „. Et pag. „ 323. cum capite, idest sancta, et „ venerabili Sede B. Petri, cui cla- „ ves regni caelorum commiſit (Chri- „ stus), in qua etiam petra Rex aeter- „ nus ſanctam aedificavit Ecclesiam, „ contra quam portae inferi non prae- „ valebunt &c. „.

(4) In his extat epistola Caroli Regis ad Nicolaum Papam, ubi de potiore Romani Pontificis potestate agitur Tom. V. concilior. Edit. Hard. pag.603. sq. Vide ibid. pag.609. Hincmari Remensis Archiepiscopi litteras oblatas eidem Synodo.

(5) Ibid. pag. 624. et 626. sq. In Epistola Hincmari Remensis, quae de rebus Synodi Svessionensis est ad Nicolaum ipsum Pontificem scripta, haec leguntur. Ibid pag. 651. „ Patri patrum Nicolao primae, ac summae Sedis Apostolicae, et universalis Ecclesiae Papae ... Secundum vestram Apostolicam jussionem ad Svessionum civitatem cum fratribus, et coepiscopis Remorum provinciae, Archiepiſcopis, et Episcopis illuc ex mandato vestro venientibus, occurrere festinavi etc „

„ to orbe terrarum Mater , et Magistra , et cujus. „ Pontifex Patriarcha est Patriarcharum , et Pri- „ mas Primatum cunctarum provinciarum „ (1) : Simulque cognosces , Synodum ipsam sic habere (2) „ Nos privilegium Sanctae , et primae Sedis Roma- „ nae . . . conservare cupimus . . *pro suo scilicet prin-* „ *cipatu* , quem B. Petrus Apostolus Domini voce „ perceptum , Ecclesia nihilominus subsequente , et „ tenuit semper , et retinet „ . Quae cum ita sint, sanum ne putem esse eum , qui pares omnino rebus omnibus Episcopos quosque esse Romano Pontifici , clamitet ; quemque non pudeat (id ut suis civibus persuadeat) ad Synodos Gallicanas confidentissime provocare (3) ?

(1) Ibid. c.xvi.p.1263. et p.1264. „ Ideo B. Petrus . . . . *specialiter* „ claves regni caelorum , et prima- „ tum judiciariae potestatis', et cu- „ ram pascendarum ovium Dominici „ ovilis accepit , et in Primatu illius „ successores ipsius in sede ejus acce- „ perunt , ut omnes per orbem cre- „ dentes intelligant , quia quicum- „ que ab unitate fidei , vel ſocieta- „ tis illius quolibet modo semetipsos „ segregant . tales nec vinculis pec- „ catorum abſolvi , nec januam poſ- „ ſunt regni caelestis ingredi etc. „

(2) Ibid. Parte V. Actor. p. 1321. Eodem pertinent, quae Synodi Gallicanae , Conventusque Cleri deinceps declaraverunt , de quibus erit fortasse opportunus alibi dicendi locus .

(3) Synodus Carisiaca, ad quam Auctor opuſculi provocat , eo appellat *Vicarios Chriſti* Episcopos, ut tantum ostendat , esse eos a Principibus honorandos. Epist. enim ad Ludovicum Regem capite VII. (quam noster Anonymus indicat, et qua standum censet) p.468. Tom. V. Concil. Edit. Hard. Paris. an. 1714. sic habet : „ Recto- „ res , ac pastores Ecclesiarum , ut „ Patres , et Christi Vicarios colite , „ sicut Sacra Scriptura praecipit , „ dicens : *Sacerdotes Dei sanctifi-* „ *cate* , eorumque spiritualia con- „ silia obaudite , iterum dicente

At e monumentis Conciliorum, inquis, intelligi plane potest, perinde esse, si Antistes Romanus adsit, ac si adsit Episcopus is, in cujus ego dioecesi degam; cum in Episcopo quisque suo Vicarium Christi intueatur, qui haud secus, quam Papa, a Christo ὁμίσως acceperit claves caeli, et solvendi, atque ligandi potestatem.

Quae tu mihi concilia narras? Nam ex actis Gallicanorum, quibus confidebas, cognosti, Pontificem Rom. ipsum caput esse, ac principem reliquorum Antistitum; *principatumque* obtinere *Generalis Ecclesiae*; neque tantum *specialiter* potitum Clavibus regni Caelorum, sed *primatu* etiam *judiciariae potestatis*. Si ergo Conciliorum Galliae habenda est ratio (habendam autem esse, siquidem tibi constes, fatebere), perinde civi

„ Scriptura : *Interrogá patres tuos*, „ *et annunciabunt tibi* etc. et Do- „ minus per Malachiam Prophetam. „ *Labia ſacerdotis custodiunt scien-* „ *tiam*, *et Legem requirent ex ore* „ *ejus*, *quia Angelus Domini exer-* „ *cituum est*; eoſque tempore in- „ congruo, et inopportuno nolite in- „ quietare; ſed liceat eis ministe- „ rium ſacrum, ad quod ordinati „ ſunt, in populi salutem peragere; „ sibique domestica cura subjectos no- „ lite concutere, et non sinatis de- „ honestare, sive opprimere: ut Praes- „ byteris honor congruus, et jura „ debita, quae canones, et capitula „ avi, et patris vestri atatuerunt, „ conserventur, satagite: . . Res, et „ facultates Ecclesiasticas, quae sunt „ vota fidelium, pretia peccatorum, „ stipendia ancillarum, et Dei ser- „ vorum, depraedari, et ab Ecclesiia „ discindi nolite sustlnere, sed forti- „ ter, ut Rex Christianus, et Eccle- „ siae Alumnus, resistite, atque „ defendite &c. „. Quae qnidem si- milia sunt eorum, quae S. Bonifacius Moguntinus Archiepiscopns an. 747. scripsit ad Episcopos Cantii Tom. III. Concilior. Edit. Hard. p. 1950. Haec

tuo non erit Episcopi sui, ac sit Pontificis Romani praesentia. Piget te, opinor, Conventuum Gallicanorum; ac si frons ista tam esse perfricta desiit, pudebit, iis te commisisse, quos tam inimicos experiare. At dices fortasse, Germanicis monumentis agi cum tuis civibus oportere. Facias periculum, per me licet. Vide quid Acta ferant Synodi Germanicae, cui an. 743. Sanctus Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus, idemque Apostolus Germanorum non interfuit modo, sed etiam praefuit: „ Confessi sumus (*inquiunt ejus Synodi Patres*) fi„ dem Catholicam; et unitatem, et subjectionem „ Romanae Ecclesiae fine tenus vitae nostrae velle „ servare; Sancto Petro, et Vicario ejus velle sub„ jici, et per omnia, praecepta Petri canonice se„ qui desiderare, ut inter oves sibi commenda„ tas numeremur (1) „. Scito, haec eadem repeti a S. Bonifacio in ea epistola, quam ad Guthbertum Archiepiscopum an. 747. dedit, quaeque est inlata in Acta Synodi Cloveshoviensis secundae (2). Longum est iter ad Synodos Germanicas omnes. Moguntinam consuli volo, quae an. 1071. habita a Si-

vero Anonymus etiam, atque etiam contempletur velim, cumque iis quae VIII. Cap. comprehenduntur, conferat, tumque fatebitur, non modo ab ea Synodo non aequari auctoritatem Apostolicae Sedis auctoritati sedium ceterarum; sed etiam anteponi.

(1) Tom. III. Concilior. Edit ejusd. pag. 1925.

(2) Ibid. pag. 1945.

gifrido Archiepiscopo fuit, cum vestigia premeret Bonifacii decessoris sui. In hujus autem Synodi Actis extant litterae Sigifridi ad Alexandrum II. Pontificem Max. in hanc sententiam scriptae: „ Quia Al-
„ tissimus vos constituit in hac arce praelationis, ut
„ vice illius magni Petri sitis caput totius ecclesia-
„ sticae dignitatis, se vobis omnis inferior ordo sub-
„ mittit. Merito omnis membrorum articulata con-
„ nexio vobis, ut capiti obedit, juxta quod praecepit
„ Vas Electionis: *omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit &c.* (1). Vin' Moguntinam alteram? Ecce illam tibi. Celebrata haec an. 1549. fuit, multaque decrevit bonae frugis, ac nihilominus adjunxit: ea se *sacrosanctae Romanae Ecclesiae judicio, cujus auctoritatem salvam in omnibus conservari volebat, cum debita obedientia submittere* (2). Verum quae Bonifacius, successoresque saluti consulentes Germanicae gentis aedificarunt; ea tu, summo tuorum civium damno, diruere conaris. Sed frustra istam te operam sumsisse non dubito, cum plane sciam orthodoxos Germanos ita animis comparatos esse, ut tibi strenue resistant in fide, in qua instituti ab Apostolo suo fuerint, quamque ad se usque propagatam norint, non praedicatione solum sacrorum Antistitum, sed diligentia

(1) Tom. VI. Concilior. P. I. pag. 1168. Edit. ejusd.

(2) Cap. XI. pag. 2121. Tom. IX. Concilior. Edit. ejusd. et Cap. LXI. pag. 2126.

etiam Caesarum Augustorum. Oculos, rogo, conjicito in *Summam doctrinae christianae*, quam magna Theologorum gentis tuae consensione probatam, Ferdinandus Rex Romanorum, Hungarorum, Bohemorum, Archidux Austriae an. 1558. emitti in hominum lucem jussit. Vide, quid civibus iisdem tuis Germanicae orthodoxae Ecclesiae proposuerint ad credendum, pergantque proponere, pag. 51. „ Quid est Ec-„ clesia? Ecclesia est omnium Christi fidem profiten-„ tium universitas, quam Princeps ille Pastorum „ tum Petro Apostolo, tum ejus successoribus pa-„ scendam tradidit, et gubernandam „. Audias praeterea, volo, Episcopos Germanos duos, qui studio amplificandae religionis, sapientiaeque laude singularem sibi gloriam compararunt, magnasque Ecclesiae Catholicae attulerunt utilitates. Sunt hi Vallemburgici fratres, quorum alter Episcopus Adrianopolitanus suffraganeus Coloniensis, alter Mysiensis antistes, (1) ac suffraganeus Moguntinus fuit. Hi Parte III. operis de Vocatione Extraordinaria: (2) „ „ Supponimus, inquiunt, *de quo nullus ambigit Ca-„ tholicus*, Romanum *Pontificem esse praepositum* „ totius Ecclesiae, et Episcopos particularium Ec-

(1) Hi a S. Bonifacio Germanorum Apostolo haec didicere. Vide ejus Indiculum Sacramenti etc. Tom. III. Concilior. Edit. Hard. Paris. an. 1714. pag. 1857. sq.

(2) Cap. VIII. pag. 170. Tom. I. Controversiar. Edit. Colon. an. 1670.

„ clesiarum Praepositos„ : Addunt : „ Esse *de necessitate salutis, ut omnis creatura subsit Romano „ Pontifici tamquam Pastori universalis Ecclesiae*, et „ Episcopis suarum respective Dioecesium etc. „ Quid tu ? Standum his esse inficiabere ? Negabis igitur id, *de quo nullus ambigit Catholicus* ; quamobrem fateare necesse est, novare te velle, idque scribendo contendere, ut cives tui Catholici esse desinant, partesque sequantur Wiclefitarum, Hussitarum, (1) et Lutheranorum. (2) Ac Wiclefi quidem ab Synodo Constantiesi damnatus Articulus XLI. fuit, qui sic ferebat : *Non est de necessitate salutis credere, Romanam Ecclesiam esse supremam inter alias Ecclesias*. Damnatus autem fuit hac inustus censurae nota : *Error est . . . pro quanto negaret primatum Summi Pontificis super alias Ecclesias particulares*. Quin etiam Martinus v., Sancto eodem adprobante Concilio Constantiensi, constitutionem edidit, qua decrevit, ut qui in suspicionem Wiclefismi venissent, iidem si vocati in judicium fuissent, ac conciliari Ecclesiae

(1) Joannis Hussi Articulus VII. ab Synodo Constantiensi damnatus Sess. XV. Tom. VIII. Concilior. pag. 410. Edit. Paris. an. 1714. sic habet „. Petrus non fuit, nec est „ Caput Ecclesiae Sanctae Catholi- „ cae „. Et Artic. XXVII. pag. 412. „ Non est scintilla apparentiae, „ quod oporteat esse unum Caput in „ spiritualibus regens Ecclesiam „. Sunt horum Articulorum similes ii, qui referuntur ibid. pag 405.

(2) Confer Lutheri Artic. XX. et seqnentes damnatos a Leone X. Tom. IX. Concilior. pag. 1894.

Catholicae cuperent, confiterentur: *Beatum Petrum fuisse Vicarium Christi habentem potestatem ligandi, et solvendi super terram, et Papam canonice electum, qui pro tempore fuerit*, esse successorem *B. Petri habentem supremam potestatem* (1) *in Ecclesia Dei*. Age vero tu, qui aeque Vicarios Christi esse Episcopos, ac Romanum Pontificem, parique potestate pollere praedicas; quo tandem modo declinabis Wiclefismi infamiam, effugiesque damnationem, teque contra eos tuebere, qui te id contendere affirmant, ut cives tui ad castra transfugiant ejus factionis haereticorum? Equidem quid tibi supersit, non video, nisi ut Patres Constantienses in turbam ineptorum hominum rejicias, qui vulgari errore tenerentur, quosque initio tui opusculi insectarere. Fac tamen memineris, te Marci Antonii Spalatensis, cujus doctrinam sequeris, non esse exitus evasurum. Non enim ignoras Spalatensem, qui eamdem, atque tu, colebat de primatu Pontificis Romani opinionem, eo pertigisse, ut scriberet: „ Si quis opponat, in Concilio Con-
„ stantiensi fuisse Viclefi, et Hussi Articulum de
„ primatu Papae ab eis negato, condemnatum etc.
„ respondemus, Patres Concilii Constantiensis Mo-
„ narchiam Ecclesiasticam tenuisse, et communissi-
„ mo jam errore fuisse infectos „. Neque vero te

(1) V. Acta Synodi Constant. Sess. VIII. p. 301. T. VIII. Concil. *Edit. ejusd.*

praeterit fortasse, notatam ejusmodi propositionem ab Academia Parisiensi fuisse his verbis: „ Haec pro„ positio, quoad ultima verba, est haeretica „ . (1) Tenes, quo numero Galli te habeant.

Quid? In eone perseverabis, ut apud cives tuos Concilia tibi esse praesidio gloriere? Jam si perstes, ne spera, istam tibi tam inanem gloriam diuturnam fore. Revincere, mihi crede, auctoritate non provincialium (2) ac Regionariorum modo, (3) sed

(1) Censur. Univers. Paris. apud Harlaeum in Apol. Evang. Lib. I. pag. 221. Edit. Paris. an. 1625.

(2) Vid. Epistolam Synodicam Concilii Carthaginensis an. 416. ad Innocentium I. Tom. I. Concilior. Edit. Paris. Harduini an. 1714. pag. 2014. et Milevitani ejusd. an. Ibid. pag. 2021. et Concilior. Numidiae, Byzacenae, et Mauritaniae Provinciar. ad Theodorum Papam an. circiter 644. Act. I. Concil. Lateranen. sub Martino I. pag. 734. Tom. III. ejusd. edit. quae sic habet: „ Magnum, „ et indeficientem omnibus christia„ nis fluenta redundantem apud Apo„ stolicam Sedem consistere fontem, „ nullus ambigere possit, de quo „ rivuli prodeunt affluenter univer„ sum largissime irrigantes orbem „ Christianorum etc. „ In iisdem litteris Pontifex appellatur *vertex Apoſtolicus τῶν ἀρχιερέων principum Sacerdotum*, cujus auctoritate sint de religione controversiae dirimendae „. Tarraconenſis in Hispan. an. circiter 464. Tom. II. Concilior. Edit ejusd. pag. 787. sq. Moesiae secundae ad Leon. Imperat. Tom. eodem pag. 710. in qua Epiſtola eſt ſcriptum hoc modo „ In Chalcedo„ nenſium civitate multis Sanctis „ Epiſcopis convenientibus per jus„ sionem Leonis Romani Pontificis, „ *qui vere caput Episcoporum*. „ et Provinciae Thessaliae, ut eſt in actis Synodi Romanae an. 531. T. II. Concilior. Edit. ejuſdem ann. 1714. pag. 1115. sq. Sed omnia percurrere, quae certe commune dogma confirmant, opus et plenum laboris esset, et minime, ut arbitror, necessarium.

(3) Confer Epistolam Episcoporum Orientis ad Agapitum Pontificem, Action. I. Synodi Conſtantinopolitanae sub Menna. Tom. II. Concilior. Edit. ejusd. pag. 1218. sqq.

etiam Oecumenicorum. Coarguet te Ephesinum, in cujus Actione tertia (1) legitur: Episcopum Romanum *Successorem esse B. Petri, in eoque B. Petrum vivere, judiciumque exercere, nullique esse dubium, immo seculis omnibus notum esse, Petrum principem Apostolorum, et caput esse, fideique columnam, et Ecclesiae Catholicae fundamentum* etc. Explodet idem praeterea portenta opinionis novae tuae, quum ultro Epistolas Caelestini amplexum fuerit, quibus quidem Epistolis Sanctissimus Pontifex Cyrillo Alexandrino negotium dederat, ut *hanc exequeretur districto vigore sententiam, auctoritateque secum Apostolicae Sedis adscita, vices Episcopi Romani expleret* cum *ἐξουσίᾳ potestate*. (2) Ad haec porro Caelestini verba, scito, Jacobum Benignum Bossuetium Episcopum Meldensem hanc adposuisse notationem. „ Caelestinus „ est qui pronunciat (hoc est qui sententiam fert); Cy„ rillus est, qui exequitur cum potestate, agitque cum „ auctoritate Romanae Sedis (3)„. Succensebunt etiam

(1) Pag. 1478. Tom. I. Concil. Edit. Paris. Harduini ann. 1714. et Action. II. pag. 1471. Philippus Praesbyter, Apostolicae Sedis Legatus, Patres in Synodum congregatos alloquens, Pontificem Romanum Caput, eos autem membra dixit, repugnante nemine. „ Litteris, *inquit*, Sancti „ Papae nostri vobis recitatis *τὰ* „ ἅγια μέλη SANCTA MEMBRA „ τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ SANCTO CA„ PITI Sanctis etiam vestris accla„ mationibus adjunxiſtis „.

(2) Syn. Ephes. Parte I. cap. XIV. pag. 1323. *Tom.* eod.

(3) Memoir. sur la Bibliot. de Monſieur Du Pin. Observat. 2. p. 343. Edit. Neapol. an. 1779.

tibi Concilii ejusdem Patres, quod eam auctoritatem respuere non vereare, quam illi omnino sibi ad sequendum esse propositam judicarunt; et qua Nestorio denunciatum est, ni errorem suum revocavisset, atque damnasset, sciret, se brevi esse universae Ecclesiae communione prohibendum. Quemadmodum vero Patres iidem adstricti fuerint iis, quae epistolis suis sanxerat Caelestinus, liquet ex sententia in Nestorium lata. Actione I. ἀναγκαίως, inquiunt, κατεπειχθέντες NECESSARIO IMPULSI *per sacros Cenones*, *et* EPISTOLAM *Sanctissimi* πατρὸς ἡμῶν *Patris nostri Caelestini Romanae Ecclesiae Episcopi, lacrimis subinde perfusi ad lugubrem hanc contra* Nestorium *sententiam venimus per sanctissimam hanc Synodum eumdem Nestorium Episcopali dignitate privatum &c.* (1) Quare Firmus Caesareae Cappadociae Antistes Projecto Sedis Apostolicae Legato dixit, Synodi ipsius nomine: (2) *Apostolica, et Sancta Sedes Caelestini Sanctissimi Episcopi* per litteras, quas *ad religiosissimos Episcopos, ad Cyrillum Alexandrinum ... nec non ad Sanctas Constantinopolis, et Antiochiae Ecclesias scripsit, etiam ante de praesenti negotio* ψῆφον ἐπέσχε, καὶ τύπον *Sententiam, formamque praescripsit*, QUAM NOS QUOQUE SEQUENTES ἀκολουθήσαντες καὶ ἡμεῖς, *cum terminus jam praeterisset, quoniam Nesto-*

(1) Action. I. Pag. 1422. sqq. (2) Action. II. Pag. 1471.

rius a nobis citatus non paruit, formam illam executioni mandavimus, canonicum, Apostolicumque judicium in illum proferentes. Ecquis autem haec legens non plane perspiciat, ita Synodum ſeſe geſſiſſe, ut exequuta fuiſſe Caeleſtini, non ipſa per ſe tuliſſe ſententiam videatur ? Quod certe quanti ad demonſtrandam Romani Pontificis auctoritatem interſit, oſtenſum a Boſſuetio (1) eſt, qui eam eollocari eodem atque Canones gradu ab illa ipſa Synodo animadvertit, attributa etiam Caeleſtino Pontifici appellatione Patris. De Synodo Chalcedonenſi quid dicam, in cujus Actione III. (2) haec ab Legatis Sedis Apoſtolicae, ſumma Patrum (3) voluntate, dicta referuntur ? Sanctiſſi-
„ mus Leo per nos, et praeſentem Sanctam Synodum
„ una cum ter Beatiſſimo Petro Apoſtolo, qui eſt petra,
„ et crepido Catholicae Eccleſiae, et rectae fidei fun-
„ damentum, nudavit (Dioſcorum) tam Epiſcopatus
„ dignitate, quam ab omni Sacerdotali alienavit minis-
„ terio. Rurſum cum judices, ſenatuſque dixiſſent (4) „
„ ingrediatur et reverentiſſimus Epiſcopus Theodo-
„ ritus, ut ſit particeps Synodi, quia et reſtituit Ei
„ Epiſcopatum Archiepiſcopus Leo. „ petiſſentque ab Synodo, „ ut Theodoritus idem Eccleſiam ſuam
„ re-

(1) Boſſuetius ibid. Obſerv. IV. pag. 348.

(2) Pag. 346. Tom. II. Concilior. Edit. ejuſd. an. 1714.

(3) Vide ſententias Patrum Synodi. Ibid. pag. 346.

(4) Act. I, pag. 71.

„ reciperet, sicut et Sanctissimus Archiepiscopus „ Leo *judicavit ἐδικαίωσεν* „ tum „ omnes reverentis- „ simi Episcopi clamaverunt „ Archiepiscopo Leoni „ multos annos : Post Deum Leo *judicavit ἐδικαίω- „ σεν* : .. Theodorito Catholico Doctori reddatur „ Ecclesia „ : Legatique Sedis Apostolicae, Patrum nemine repugnante, adjunxerunt : „ Beatissimus „ *πάσης τῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος* ; *totius Ecclesiae Epi- „ scopus* Urbis Romae Leo (Theodoritum) dudum „ in communionem suscepit. Hoc judicio Sanctissi- „ ma Synodus, insuper vero nostra humilitas reddi „ ei propriam Ecclesiam definivit (1) „. Atque haec quidem quanti pendenda sint, Bossuetius docuit, qui animadverti etiam atque etiam oportere scripsit : „ „ spectari (2) ab Synodo (Chalcedonensi) Papam ut „ *judicem omnium Episcoporum*, cum Theodoriti „ Judex fuerit, quamquam is pertineret ad Patriar- „ chatum Antiochenum. Fecisse porro plausum Syno- „ dum, acclamasseque : „ post Deum Leo jndicavit. Questus praeterea Bossuetius est, tacitum haec praetermisisse Dupinium, moxque adjunxit (3) : „ Per- „ missum ne historico est, hasce circumstantias occul- „ tare ? Permissumne est (id quod est pejus) ea „ transformare, ac *praecisis* (ut ajunt) *formalibus-*

(1) Action. VIII. pag. 449.
(2) Ibid. Observat. V. pag. 351.
(3) Bossuetius ibid.

„ *que* verbis dubia instituere „? Etiamne amplius, inquies? Cur non? Habe tibi quod Synodus eadem, Epistola ad Sanctum Leonem data, promenda duxit (1): „ Tu quidem (Patribus, qui ad Synodum „ convenere) sicut membris caput praeeras. „ et non post multo: „ Contra eum, cui *vineae custodiam* „ *Salvator commisit, idest contra tuam quoque Apo-* „ *stolicam Sanctitatem* (Dioscorus) extendit insaniam „ suam „. Nolo autem illud te lateat, irasci Dupinio Bossuetium, quod is in sua Bibliotheca, cum de Chalcedonensi Concilio ageret, non meminerit ejusdem Concilii verborum *de Romano Pontifice omnium Ecclesiarum Episcopo, qui in conventu praeerat Episcopis, ut caput membris, cuique Salvator custodiam vineae commisit*. Nam haec non parvi esse putanda, Bossuetius idem animadvertit, cum sint plane *essentialia*. (2) Quamobrem vero? Quia scilicet demonstrant, quam semper fuerit, sitque Ecclesiae Catholicae doctrina inimica dogmati novo tuo de paritate reliquorum Episcoporum cum Romano Pontifice.

De Synodis Oecumenicis VI. VII. VIII. longum est dicere. Ex Mamachii autem Tom. V. Antiquitatum Christianarum (3), (ad quod quidem opus tute

(1) Parte III. Actor, Synod. Chalced. cap. II. p. 655. T. II. Concilior.

(2) Bossuetius loco indicato p. 352. Confer quae idem scribit Bossuetius Serm. de l' Unité supra indicato pagin. 467. Tom. VII. Edit. Argentin.

(3) Parte I. pag. 148. not. 1. 2. et 3., et pag. 151. not. 1.

nos aliquando reijcis) plane intelliges, quid illae ferant. Consonant his Synodi item Oecumenicae Lateranenses, Lugdunenses, Viennensis. De Constantiensi paullo ante vidimus, quare mitto disserere, ne actum agam. Permittes, arbitror, te in fidem Basileensis. Id tibi restabat perfugii. Sed attende quale sit. Non quaeram, constansne, an contra nutans quandoque, prorsusque nulla ad extremum ejus fuerit auctoritas. Ad ea modo animum advertas, rogo, quae ipsa, tunc etiam, cum a Pontifice Eugenio dissideret, testata est. Quum Archiepiscopus Tarentinus late explicasset jurisdictionem, et potestatem Summi Pontificis „ quod caput sit, et primas Ecclesiae, Vicarius „ Christi, et a CHRISTO, non ab hominibus, vel a „ Synodis aliis praelatus, et pastor Christianorum, et „ ei datae sunt a DOMINO claves, et ei uni dictum: „ *tu es Petrus*, etc. et solus in plenitudinem potesta- „ tis vocatus sit, alii in partem sollicitudinis, et „ multa hujusmodi; Synodus respondit: *Ista plane* „ *fatemur, et credimus, operamque in hoc Sacro* „ *Concilio dare intendimus, ut omnes eamdem sen-* „ *tentiam credant* „ (1). Quid? Si oves, ait, *commissas* esse Pontifici; adjunxitque: „ Si dignabitur ve- „ nire, nemo erit nostrum, qui pedes ejus non oscu-

(1) Tom. VIII. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. pag. 1313. vide praeterea pag. 1328. et pag. 1340.

„ letur, ut Petri Successoris; qui ut Vicarium „ Christi non honoret. Erit Concilii Caput. Omnes „ ad eum respicient, omnes ei complacere, obsequi, „ et quantum cum Deo poterunt, deservire cura- „ bunt „. Ecquo nunc te vertes, cum et aequalitatem, quam jactas, sublatam ab Synodo Basileensi; et inde te praecipitem actum videas, ubi locatum arbitrabare sententiae tuae praesidium? Nam de Synodo Florentina non est cur dubites; quin tibi vehemens adversaria futura sit. Est ea (neges tu licet obfirmate, quantum potes, (1)) est, inquam, Oecumenica; habendumque jubet dogmatis orthodoxi, definiti, planeque certi loco: „ Sanctam Apostoli- „ cam Sedem, Romanumque Pontificem in univer- „ sum orbem tenere primatum, et ipsum Pontificem „ Romanum Successorem esse B. Petri Principis „ Apostolorum, et verum Christi Vicarium, to- „ tiusque Ecclesiae Caput, et omnium Christia- „ norum Patrem, et Doctorem existere, et ipsi in „ B. Petro pascendi, regendi, ac gubernandi uni-

(1) Fuerunt e Gallis aliquot, qui Synodum Florentinam Oecumenicam negarent fuisse. Bossuetius, seu quisquis ille est auctor, qui Defensionem scripsit Declarationis an. 1682. Cleri Gallicani, ab iis dissidet. Quin etiam Natalis Alexander, et Sacra Facultas Parisiensis. Atque hujus Facultatis, ut ex libello constat, quem anno 1738. obtulit Ludovico xv. Christianissimo Gallorum Regi, haec est sententia: *Dubitari non posse, quin Concilium Florentinum jam inde a multo tempore numeretur in Conciliis Generalibus*. Consule Orsium *De Rom. Pontif. Potest. Tom.* III. *Parte* II. *Lib.* VI. *Cap.* XII. *Artic.* 2. *pag*, 84. *Edit. Rom. an.* 1771.

„ versam Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo „ plenam potestatem traditam esse „ (1).

At Galli. Ne time. Non enim quia fuere in Gallia, qui oecumenicam fuisse Florentinam Synodum aut abnuerent, aut dubitarent, verendum erit, ne vel oecumenica ipsa non fuerit; vel ne Ecclesia Gallicana putarit, oecumenicam non fuisse? Orientales ecce non modo ponere in oecumenicis Ephesinam recusarant; verum etiam ei vehementer restiterant? Quid? Consequens ne inde fuisse existimas, eam vel deminutam auctoritatis parte ulla, vel eo detrusam, ut ne oecumenica haberetur, et esset? Negabis, credo, ni videri malis in Nestorianismum, quam in Catholicismum propensior. Age autem Chalcedonensine rationem adimes oecumenicae, quod Aegyptii quidam, Syri, Armeniique eam numerare in oecumenicis renuissent? Sed detur tibi: Gallos multo etiam plures, quam fuerint revera, secus de *oecumenicitate* Florentinae sensisse, quam ceterae nationes judicent. Falsum, id quidem; at detur: Quid? An ulla est Ecclesia in Galliis, quae non idem profiteatur, ac Florentina ipsa declararit esse tenendum? Equidem nullam esse video, quae non ultro assentiatur Sacrae Facultati Parisiensi reprobanti opus Marci Antonii Spalatensis de Republica Ecclesia-

(1) Decret. union. Graecor. Syn. Florent. Tom. IX. Concilior. p. 423.

stica. Quid autem in id opus Sacra illa Facultas an. 1617. Kal. Decemb. statuerit, paucis accipe. Dixerat Spalatensis transfuga: (1) „ Disparitatem potestatis inter Apostolos esse humanum inventum in „ Sacris Evangeliis, et Divinis novi Testamenti Scripturis minime subsistens „. Quid ad haec Sacra Parisiensis Facultas? *Haec propositio*, inquit, *est haeretica, et schismatica de Iurisdictione Apostolica ordinaria, quae in solo Divo Petro subsistebat, intellecta*. Pergit Spalatensis, ac „ (2) Monarchiae formam, *inquit*, non fuisse immediate a Christo in „ Ecclesia institutam „. Ad haec quam apposuerit Sacra eadem Facultas notam, attendito: *Haec propositio est haeretica, schismatica, ordinis Hierarchici subversiva, et pacis Ecclesiae perturbativa*. Progreditur parabates ille longius, ac (3) „ si quid in „ commodi, *inquit*, habet Aristocratia, cui Monarchia facile possit obviare, Ecclesiam Spiritu „ Christi instructam propterea et in singulis Ecclesiis voluisse Monarchiam, et in se tota Aristocratiam „. De his ecce tibi quae fuerit sacrae Facultatis sententia: *Haec propositio est haeretica, et schismatica, quatenus vult, Ecclesiam universalem secundum se totam esse aristocraticam*. Satin' id dilu-

(1) Lib. I. cap. I. prop. I.

(2) Prop. II. num. XXXII.

(3) Cap. XII. Prop. II. num. XII.

cide ? Audi reliqua. Spalatensis lib.II. Cap.I.Prop.I. num. IX. „ Sicut Apostoli, *inquit*, simul, et in solidum aristocratice curam gerebant Ecclesiae cum „ potestate aequali., et universali, ita Episcopi „ omnes simul, et in solidum eamdem regunt Ecclesiam singuli cum plena potestate „. Jam expressam hisce verbis vides opinionem universam tuam. Considera nunc, quid Sorbonica doctrina postulet, ad quam accessit Gallicanarum omnium Ecclesiarum consensio: *Haec propositio* Spalatensis *est haeretica, et schismatica quoad ultima verba singuli cum plena potestate.* Instat Spalatensis Apostata, ac (1) „ Episcopi, *inquit*, dicuntur Apostolorum Successores, qui in „ eorum officio, quod erat Apostolorum omnium „ commune, successerint omnes omnibus in solidum „. Quid Sacra Sorbonae Facultas? Propositionem ejusmodi *haereticam*, ait, esse, *et schismaticam cum agat de Jurisdictionis Apostolicae potestate*. Rursum Spalatensis: „ Dico (2), *inquit*, Romanam Ecclesiam et ex magnitudine Civitatis, et ex eo quod „ eam duo primi Apostoli fundaverunt, Petrus, et „ Paulus, et ex aliis capitibus extra jus divinum habuisse, ut semper reputata sit Ecclesia principalis „. Urget Sorbona, atque *haec propositio est haeretica, et schismatica*, inquit. Quamobrem au-

(1) Lib.II. Cap. eod. II. n. XIII. (2) Ibid. Cap. VIII. I. num. XIII.

tem? Quia *aperte insinuat Romanam Ecclesiam jure divino auctoritatem in Ecclesias non habere*. Ac audacior Spalatensis (1): „ Falsum est, *inquit*, unionem Ec-
„ clesiae Catholicae in unitate Rectoris visibilis con-
„ sistere„. Tene modo, quid Sacra Sorbonae Facultas statuat: *Haec propositio est haeretica, et schismatica*, inquit, *quatenus negat unitatem rectoris ad unionem Ecclesiae facere*. Perstat Spalatensis. Negat (2) „ Su-
„ premum Ecclesiae primatum, ipsiusque supra ce-
„ teras omnes Christi Ecclesias imperium revera ul-
„ lis solidis fundamentis inniti„. Damnat hanc thesim Sorbona. *Falsam*, dicit, *esse*, *viamque ad haereses, et schismata sternere*. Sed (3) tota (inquit Spalaten-
„ sis) antiquitas universalitatem Romani Episcopa-
„ tus penitus ignoravit „. Ita ille quidem; verum arguitur a Sorbona non falsitatis modo, sed etiam imperitiae. Nihilo secius Spalatensis tranfuga (4): „ omnes, *inquit*, Episcopi sunt omnium
„ Apostolorum, etiam Petri in solidum Successo-
„ res „: et paullo post: „ non enim Petrus habuit
„ quidquam peculiare, in quo ei dari debeat magis,
„ quam ceteris omnibus successio „. Sunt haec plane similia tuorum, tamque ab dogmate catholico aliena, ut (Sorbonae quidem judicio) *prior propositio*,

(1) Ibid. Cap. x. num. xliv.
(2) Lib. iv. Cap. I. num. I.
(3) Ibid. cap. II. num xI.
(4) Ibid. cap. vI. num. II.

qua parte statuit, singulos Episcopos esse Petri Successores, sit captiosa; quia Petrus ultra potestatem ordinariam, in qua ei succedunt Episcopi, aliam habuit jurisdictionis Apostolicae, cui Romanus Pontifex succedit: Posterior sit haeretica, schismatica, ac Hierarchici ordinis perturbativa (1). Jam perspicis, quibus censurarum notis confixum fuerit tuum non a Sorbona, atque ab Ecclesia Gallicana tantum; sed etiam ab Synodis oecumenicis, hoc est ab Ecclesia universa, dogma. Et audes tamen Gallos, et Concilia commemorare, quasi esse tibi adjumento possint?

Mittit Adversarius de Petri primatu agere. Ad quaestionem venit, quae est de Petri successorũque Pontificum inerrantia. Refellitur auctoritate Patrũ, et Synodorũ.

XIV. Desinis de Primatu disserere, teque ad eam transfers disputationem, quae est de *infallibilitate*; ac Patres, Synodos, Scripturas id praerogativae genus in Ecclesia universa, non in Pontifice Romano agnovisse, fidenter jactas. Ego vero hisce me quaestionibus detineri nolo, non quo argumentis cujusquam deterrear (sunt enim mihi et multa, et gravia e Patribus, Synodis, Scripturis expressa in promptu, quibus mirifice confirmatur sententia communis nostra) sed quo iis modo insistere non sit opus, de quibus inter orthodoxos jamdiu sit orta *in vinculo pàcis* certatio (2). Nobis certe praesidio esse,

(1) Vide Francisci de Harlai Archiep. Rotomag. Apolog. Evang. pag. 215. sqq. Edit. Paris. an. 1625. Gallicani Epistolam ad Episcopos Regni an. 1682. Tom. I. Actor. ejusd. Cleri pag. 4. Edit Paris. anno 1716.

(2) Adi sis Bossuetium lib. xv. Hist. Variation. Ecclesiar. Pseudo-Reformator. num. clxv. pag. 382. T. III. oper. Edit. Argentin. an. 1738. et Cleri

arbitror, quae Christus Petro semel, bis, tertio confirmavit (1); quae Petrus testatus est, divinitus sibi fuisse data (2); quae Patres Irenaeus (3), Tertullianus (4), Hilarius (5), Petrus Chrysologus, ceteri (quorum testimonia descripsit in IV. Antiquitatum Christianarum libro Mamachius is, quem tute alicubi consulendum jubes), tradidere (6); quae Synodi

(1) Matth. cap. xxI. v. 16. et sqq. Fundatam supra Petrum Ecclesiam Patres, hoc usi Matthaei loco, testantur. Is autem, super quem sit fundata Ecclesia, quo tandem modo errori obnoxius erit? Patrum eorumdem testimonia collegit Mamachius, transtulitque in Tom. v. Antiquitat. Christianar. P. I. p. 93. et sqq. et 134. sqq. De fide Petri non defectura, confer. Lucae Cap. xxII. v. 30. Deque Petro ipso Pastore ovium constituto, Johannis Cap. xxI. v. 15. sqq Quid? Eumne, cujus fidem non defecturam pronunciat Christus, quemque Christus idem Pastorem constituit gregis sui, negabis fuisse falli nescium?

(2) Actor. Apostolor. Cap. xv. v. 7. Petrus sic testatur: „ Deus in nobis ele„ git per os meum audire gentes ver„ bum Evangelii, et credere „.

(3) Lib. III. de haeres. Cap. xII. n. 1. sqq. pag. 175. sqq.

(4) De Praescription. Cap. xxIII. et Cap. xxxvI.

(5) Vide Hilar. aliorumque testimonia a Mamachio prolata T. eod. V. pag. 135. sqq.

(6) Adeundi S. Hieronymus Epistola, quam supra indicavi, ad Damasum Papam, ubi: *spergi ab iis* affirmat, qui cum Pontifice Romano *non colligant*. Hunc Christi esse loco. Jam vero Antichristi eos esse, qui non sunt Christi. S. Optatus Milevitanus, qui Romanam sedem *radicem veritatis* vocat, lib. II. contra Donat. Cap. v. Pag. 35. S. Augustinus lib de Utilit. Credendi Cap. XVII. Tom. VIII. pag. 50. qui „ Dubitabi„ mus nos, *inquit*, ejus Ecclesiae „ condere gremio, quae usque ad „ confessionem generis humani *ab* „ *Apostolica Sede* per successiones „ Episcoporum, frustra haereticis cir„ cumlatrantibus, *culmen auctorita*„ *tis* obtinuit, cui nolle primas dare „ vel summae profecto impietatis est, „ vel praecipitis arrogantiae „? Et in Psalm. contra Donatistas Tomo IX. pag. 5. Successionem Episcoporum Romanorum ipsam *esse Petram*, ait,

quam non vincunt superbae infero- rum, portae. Et lib. 11. Oper. Imperfecti contra Julian. num. CXII. pag. 993. Tom. x., Quid adhuc quae- ,, ris examen, *inquit*, quod jam fa- ,,ctum est apud Apostolicam sedem,,? Et serm. cxxxi. cap. ix. pag. 449. T. v. ubi de Pelagiani erroris damnatione disserens,, Jam enim, *inquit*, ,, duo concilia missa sunt ad Sedem ,, Apostolicam; inde etiam rescripta ,, venerunt. Causa finita est, utinam ,, aliquando finiatur error. Innocen- ,, tius I. Epist. ad Synodum Cartha- ,, giniensem num. I. pag. 888. T.I. ,, Epistolar. Roman. Pontif. Edit. ,, Paris. an.1721. quam quidem Epistolam celebrant SS. Augustinus, et Prosper: *Divina*, inquit, *decretum fuisse sententia; ut quidquid de disiunctis, remotisque provinciis ageretur, non prius sit finiendum, quam ad Sedem Apostolicam deferatur, ut tota hujus auctoritate, quae fuerit pronuntiatio, firmetur*, indeque *sumant caeterae Ecclesiae, veluti de natali suo fonte, quid praecipere etc. oporteat*. Consonant his litterae Provinciarum trium Africae ad Theodorum Pontificem paullo ante medium septimum seculum scriptae, quae extant Action.I. Synodi Lateranens. sub Martino I. Tom. III Concilior. Bonifacius praeterea I. Pontifex is, cui tantum fuit tributum ab Augustino, Epistola ad Episcopos Macedoniae, Achajae etc. Tom. II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. *Non licere retractari*, ait, *de judicio culminis Apostolici*. Cur autem? quia nempe *ad Deum, Petro suscipiente pervenitur, in quo Ecclesiam universalem certum est, esse fundatam*. De Caelestino, deque Leone vidimus, ut etiam de Synodis Ephesina, et Chalcedonensi. S. Petrus Chrysologus Epist. ad Eutychen p.112. T. 11. oper. S. Leon. hominem hortatur, ut obedienter attendat in omnibus ad ea, quae Pontifex Romanus scripsit. *Quoniam* B. Petrus, *qui in propria sede vivit, et praesidet, praestat quaerentibus fidei veritatem*. Confer praterea *fidei confessionem* a Patriarcha Constantinopolitano ad Hormisdam Pont. scriptam Tom. II. Concil. p. 1022., et Sophronii Hierosol. Patriarchae testimonium de Petri Sede, *in qua orthodoxorum dogmatum fundamenta existunt*. Concil. Lateran. sub Mart. I. Action. III. pag. 714. T. III. Concil. utque alia monumenta praeteream, quae sunt prope innumerabilia, Theodorum Studitam ajentem a Petri Sede petendum *Τὸ ἀσφαλὲς τῆς πίστεως, infallibile fidei*: *lib.* 11. *Epist.* cxxix. *p.*462. *Tom.* v. *oper. Sirmondi Edit. Venetae an.* 1728.

et IV. Florentina suis Actis, Synodicisque litteris comprehenderunt; quae denique Pontifices Maximi complexi suis decretis sunt; quibus quidem Pontificibus Patres auscultandum omnino esse docuerunt. Haec si animo diligenter colligere, ac versare velles; Patres, Synodos, Scripturas nobiscum de Petro, ejusque Successoribus falli nesciis statuisse, fortasse confiterere.

Abutitur Evangelii Matthaei loco, in quo est: dictũ, fuisse discipulis a Christo Tò si peccaverit in te frater tuus ... dic Ecclesiae. Oſtenditur Tò dic Ecclesiae non fuiſſe mãdatum Petro; Eccleſiaeq. nomine ibi intelligi oportere praesides Ecclesiarum, praecipue autem Petrum. Eo denique adigitur Adversarius, ut vel infallibilitatem tribuat Ecclesiæ singulari cuique; vel si Ecclesiae vocabulo Ecclesiã universam in-

XV. At enim ex octavo ac decimo Matthaei Evangelii Capite (1), Sanctum Petrum, haud secus quam Apostolos ceteros, ad Ecclesiam rejici, ut ad Judicem supremum liquet. Non enim dixit Servator Christus, *qui non audit Petrum*; sed *qui non audit Ecclesiam* habeatur *tamquam ethnicus, et publicanus*. In aliam quaestionem me vocas. Atque est ista omnis tua e fontibus Lutheranorum (2) hausta ratio, quibuscum jamdiu abs te junctam esse video societatem. Sed cognosce, quam sit inanis. Nego primum, fuisse Petro dictum a Christo τὸ *dic Ecclesiae*. Interrogantibus certe quibusdam, quisnam esset in Regno Coelorum major? idcirco ita respondit Christus, ut scirent ejus fideles, quemadmodum erga fratrem se gerere deberent, qui ipsos laesisset. Deinde animadverti volo, percuntanti Petro, quoties *dimittendum* ab se fratri

(1) *Versu* 15. *sq.* *Antiquitatum Christian. pag.* 166.
(2) Confer Mamachium *Tom.* IV.

esset, qui in ipsum peccasset, non respondisse Christum : *dic Ecclesiae* (1) ; sed *non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies*. Tertio autem loco, quaero, quid heic *Ecclesiae* intelligendum sit verbo; *Ecclesiae*, inquam, apud quam est deferendum fratris in fratrem peccantis nomen? Patres certe eo vocabulo intelligi Ecclesiarum praesides oportere, docent. In his Chrysostomus : „ *Dic* Ecclesiae, inquit, idest *τοῖς προεδρέυουσιν praesidentibus* (2). Atque Christus

dicari velit, fatendum ipsi sit, numquam rescituru eũ, qui laesus fuerit, num qui ipsum laesit, audierit Ecclesiam.

(1) Vide Matth. ibid. v. 1. et 15. et *Lucae cap.* XVII. *v.* 3. *sqq.*

(2) *Homil. LX. al. LXI. in Matth. num.* 2. *pag.* 607. *Tom. VII.* Patres ceteri subjectos fideles esse debere Episcopis, eosque audire, seu ipsis parere monent. Confer S. Clementem Romanum Epist. I. ad Corinth. n. LVII. p. 211. sq. Tom. I. Collect. Apostolicor. Patrum, Edit. Londin. an. 1746. S. Ignatium Martyrem Epist. ad Smyrn. num. VIII. pag. 51. Tom. II. ejusd. Collect. Ep. ad Polycarp. num. VI. pag. 75. Epist. ad Ephes. num. V. pagin. 93. seqq. Epist. ad Magnesian. num. VII. sqq. pag. 123. sqq. et n. XIII. pag. 141. Epist. ad Philadelph. num. VII. pagin. 157. sq. et Epist. ad Trallian. num. II. pag. 171. quibus in locis nihil sine Episcopo agendum ; ei parendum ; cum eo conveniendum esse docet. Confer praeterea, quae ex Tertulliano, Origene, aliisque Patribus collegit Mamachius, transtulitque in Ep. III. ad Febron. §. IV. pag. 169. seqq. S. Hilar. commentar. in Matth. cap. XVIII. n. VIII. pag. 593., qui post ubi de Ecclesia, apud quam sit accusandus peccans in fratrem, loquutus est ; tum „ ad terrorem, *inquit*, metus maximi, quo in praesens omnes continerentur, immobile severitati Apostolicae judicium praemisit, (Christus), ut quos in terris ligaverint, id est peccatorum nodis innexos reliquerint, et quos solverint in confessione, videlicet veniae receperint in salutem ; hi Apostolicae conditione sententiae, in caelis quoque aut soluti essent aut ligati „. S. Hieronymus quoque in cap. XVIII. Matth. „ quia dixerat, *inquit*, si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus etc., et poterit contemptoris fratris haec occulta esse responsio, et cogitatio ; si me despicis, et ego despicio ; si tu me condemnas, et mea sententia con-

quidem post ubi dixit : *Si Ecclesiam non audierit etc.* mox addidit Apostolos alloquens : *Amen dico vobis , quaecumque alligaveritis super terram etc.* ut ostenderet ad quam Ecclesiam fideles miserit laesos a fratre ; ad Praesides nempe sacrorum , quibus tribuit ligandi , atque solvendi ,potestatem , quales fuere Apostoli , quorum erat caput , et Princeps Petrus. Quare Apostolus Paullus Timotheo Praesuli (non quibusvis aliis) ejus loci , in quo primas idem Timotheus obtinebat , scripsit : *peccantes coram omnibus argue , ut ceteri timorem habeant . Et II. ad Corinthios* Cap.XIII. v. 10. ; Haec absens scribo , *inquit,* „ ut praesens non severe utar , secundum potestatem, „ quam dedit mihi Dominus „ . Quid ? Si in Evangelio Christus Apostolos docens : *Qui vos audit,* inquit, *me audit ; qui vos spernit , me supernit .* Quod cum attulisset Cyprianus Epist. LIX. al. LV. ad Cornelium (1) , tum „ Haec tanta , *inquit* , et talia , et

demnaberis ; *potestatem tribuit* Apostolis, ut sciant, qui a talibus condemnantur , humanam sententiam *divina sententia roborari* ; et quodcumque ligatum fuerit in terra , ligari pariter in caelo „ . Sed temperemus nobis a Patrum testimoniis describendis necesse est , ne nimium longi simus .

(1) Pag. 128. sq. Confer etiam Epist. III. al. LXV. pag. 5. sq. et Epist. XVII. pag.39. sq. et Ep. LXVI., al. LXIX. ad Florentium &c. p. 166. ubi „ Christus dicit ad Apostolos , ac per hos ad omnes praepositos , qui Apostolis vicaria ordinatione succedunt : *qui audit vos me audit &c.* „ Inde enim schismata , et haereses „ obortae sunt , et oriuntur , dum „ Episcopus , qui unus est , et Ec„ clesiae praeest , superba quorum„ dam praesumptione contemnitur

„ multa alia exempla cum praecedant, quibus Sacerdotalis auctoritas, et potestas de divina dignatione firmatur; quales putas esse eos, qui Sacerdotum hostes, et contra Ecclesiam Catholicam rebelles, nec praemonentis Domini comminatione, „ nec futuri judicii ultione terrentur? Neque enim „ aliunde haereses obortae sunt, aut nata sunt schismata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur ect. „. Jam vero cum id sit constitutum a Christo, ut sui fideles ei, qui praefectus ipsis sit, suamque ab Apostolis ducat successionem, auscultent, ac pareant; quanto magis auscultaudum Petro, parendumque est, qui princeps, et caput Apostolorum (1) fuit, divinitusque claves accepit Regni Caelorum; ac deinceps, post Petrum, iis, qui eodem jure, continuationeque successionis, Apostolicam Sedem tenuerunt, ac tenent? Atque Origenes vetus auctor in primis, Tom. XIII. in Matth. n. XXXI. (2),

„ &c.„ Et Epist. LXXI. p. 195. quo in loco „ Sacerdores Dei, et Ecclesiae „ ejus de divina dignatione praepositi sciamus remissionem peccatorum „ nonnisi in Ecclesia dari posse „. Nam, pergit, atque, Petro, „ *inquit*, „ primum Dominus, super quem aedificavit Ecclesiam, et unde unitatis „ originem instituit, et ostendit, potestatem istam dedit, ut id solveretur in caelis, quod ille solvisset „ in terris: et post resurrectionem „ quoque ad Apestolos loquitur, dicens: „ *sicut misit me Pater, et ego mitto* „ *vos. Hoc cum dixisset, inspiravit,* „ *et ait illis, accipite Spiritum S. si* „ *cujus remiseritis peccata &c.*, unde „ intelligimus nonnisi in Ecclesia „ praepositis licere remissam peccatorum dare „.

(1) Vide quae supra de Petri primatu disputata sunt.

(2) Pag. 334. Tom. III. Edit. Venerae an. 1743.

„ Quae uni Petro , *inquit* , supra concessa sunt , „ hic omnibus quoque videtur tribuisse, qui peccato- „ res quoslibet ter corripuerint , ut si mos eis gestus „ non fuerit , supra terram eum alligent , qui ut „ pro ethnico , et publicano dignus haberetur , judi- „ catus est , cum et in caelo alligatus ille sit . At „ quoniam *prae iis* , *qui ter arguerunt* , *peculiare ali-* „ *quid Petro tribui oportebat* , etiamsi *de Petro* , et „ iis qui ter fratres arguerunt , commune aliquid di- „ ctum sit ; *privatim illud Petro attributum est* : *da-* „ *bo tibi claves regni Caelorum* , priusquam illud : „ *quaecumque alligaveritis etc.* Ac sane , si ad Evan- „ gelica scripta animum diligenter appellamus , ibi „ *magnum inveniemus discrimen* , *et excellentiam* „ *eorum*, quae Petro prae iis, quae aliis dicta sunt etc. Qua de re confer etiam Optatum Milevitanum l. II.(1) et lib. VII. (2) contra Schisma Donatistarum .

Mirarer autem , nisi te nossem , tam esse peregrinum (nolo enim gravius dicere) , tamque hospitem in sacris litteris te , ut inficiere dixisse Christum: Eos qui Petrum audire nolint, tamquam ethnicos esse, publicanosque habendos. Quid enim ? An quem Deus

(1) *Cap.* v. *pag.*35. „ Contra portas inferi claves salutares accepisse legimus Petrum *Principem* scilicet nostrum , cui a Christo dictum est, *tibi dabo claves Regni caelorum &c.* „ .

(2) Cap. XII. pag. 101. „ Praeferri Apostolis omnibus meruit (Petrus), et claves Regni Caelorum communicandas ceteris solus accepit „ .

delegerat, ut per os ejus gentes Evangelium audirent, et crederent (1), hunc (te auctore) negavit Deus ipse Christus audiri oportere? Quae ista tecum conflictio est, ut (te adsertore) quem audiendum Deus jusserit, eumdem iisdem de rebus agentem non jusserit esse audiendum? Age vero nega, si potis es, jussum fuisse a Christo Petrum, ut gregem Christianum universum (2) pasceret. Non potes profecto, nisi eo rapiare impietatis, ut resistere audeas Evangelio. Eloquere porro, annon est a Christo praeceptum ovibus, ut audiant pastoris vocem (3), ejus, inquam, pastoris, qui intravit per ostium, quod quidem ostium Christus ipse est, a quo creditum Petro fuit Pastoris munus? Oves autem, quae recusant audire pastoris vocem, ducunturque voce alienorum, quarum numero habendas putas, nisi perditarum, quae tam sint vitandae, ut vitandi sunt Ethnici, atque publicani? Denique cum Christus Petro dixerit: *Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos* (4); an satis aperte non docuit, Petrum fratres confirmantem omnino esse audiendum?

(1) Actor. Apostolicor. Capit. xv. v. 7. sic Petrus locutus est: „ Vos „ scitis, quoniam a diebus antiquis „ Deus in nobis elegit per os meum „ audire gentes verbum Evangelii, „ et credere „.

(2) Johan. Evang. c. xxI. v. 15. sq.

(3) Cap. x. v. 1. sqq.

(4) Luc. c. xxII. v. 31. sqq. Bossuet. Sermon. sur l'unité de l'Eglise p. 472. Edit. Argentin. Tom. vII.

Fac vero, unus aliquis fuerit, qui Petrum, vi oraculi divini, in fide confirmantem fratres audiendum non existimarit; is ne non audiens, renuensque confirmari in fide, ab ethnicismi, perfidiaeque crimine, (te judice) remotus, ac liber esset? Id si ita est, jam tuo periculo non audient docentem pastorem oves, pastorem, inquam, quem Christus gregi suo praefecerit, audiendumque edixerit. Sic enim agis, ut iisdem ovibus resistendi, non audiendi potestas abs te concessa videatur. Sed satis multa de audiendo Petro.

Nunc illud ex te sciscitor, si Ecclesiae vocabulo coetum indicari censes; *τὸ dic Ecclesiae* de quo coetu intelligendum esse arbitrere? De singulari ne quopiam, an de universo? Nam si de singulari; quo tu ore huic *infallibilitatem* tribues, quam statuas esse denegandam Petro, quem universae Ecclesiae exhibuisse, gessisseque personam liquet? Sin de universo; cave, rogo te, ne lectores tui non solum abs te dissideant; verum etiam clamore te, conviciis, ac sibilis consectentur. Quid enim? An is, qui laesus a fratre sit, ad omnes totius orbis Ecclesias sese conferet, aut scribet, ut accuset laedentem? Nae ille nimis expectabit diu. Interibit ante, mihi crede, quam resciscat, fratrem qui se laeserit, non audisse Ecclesiam; neve habendum, nec ne esse, judicet, tamquam ethnicum, et publicanum. Sed cur multis tua ista portenta morer, quae cum perridicula sint, tum ne digna quidem videantur commentatione anicularum?

XV. At Ecclesia Dei viventis est *columna*, *et firmamentum veritatis*, ut Apostolus scribit ad Timotheum Cap. III. v. 15. Est id plane certum. Sed rogo, sitne concludendum, Petrum, ejusque Successores non esse columnam, atque firmamentum veri? Nihil certe minus. Nam cur id esse consequens statues? An quia Paulus Ecclesiae meminit; Petri non meminit? Nega igitur divinitus inspiratam traditionem, propterea quod Petrus inspiratam divinitus dixerit Scripturam; traditionem non dixerit. Non negabis, opinor, nisi te simul Lutheranum profiteare. Quod si instinctu divini numinis inlata Scriptura non impedit, quin perinde sit inlata traditio; quid est, quod constituta Ecclesia columna veri, consequens sit, constitui Petrum item veritatis columnam non potuisse? Profecto Patres, qui Christi Ecclesiam veritatis columnam esse testati sunt, Petrum item (1), *beatamque Petri successionem columnam* di-

Locus Paulli de Ecclesia Columna veritatis adversario nihil opis afferre potest.

F 2

(1) Vide Acta Synodi Ephesinae Tom. I. Concilior. pag 1478. Synodi Chalcedon. Action. III. pag. 37. T. II. Stephani Dorensis, et Sophronii Patriarchae Hierosolym. testimonium quod extat Action. I. Concilii Lateranensis sub Martino I. Tom. III. Concilior. pag 714. Consule praeterea S. Optatum Milevitanum lib. II. cap. IV., et V. pag. 35. S. Augustinum in Psalm. contra Donatistas Pag. 5. quo loco Successionem Romanorum Pontificum ipsam esse petram, ait, quam non vincunt superbae inferorum portae. S. Leonem Magnum Serm. II. in Anniversar. suae Assumptionis pag. 5. T. I. oper. et Epist. II. ad Metropolit. per Illyricum constitutos. Cap. I. pag. 28. Tom. II. Vincentium Lirinensem Commonitor. cap. IX. S. Ambrosium Hymno I. Tom. IV. oper. Edit. venetae an. 1751. pag. 307. ubi petram Ecclesiae S. Petrum appellat. Sed

xere, *atque fundamentum veri*, ac *petram* etiam, *quam non vincant superbae portae inferorum*.

Mittit Paullum Anonymus. Augustinum appellat. Affert locum e libris contra Cresconium, quem ne legit quidem. Is locus ei subsidio esse nequit.

XVI. Valere jubes Paullum, abisque ad Augustinum. Quaero, quid is praecipiat? „ Tunc nos, *inquit*, „ vere divinam Scripturam intelligere, cum vivi„ mus juxta decreta universalis Ecclesiae, ad quam „ dirigimur ejusdem Scripturae auctoritate „. Oro te, mihi ut indices, ubinam haec fuerint scripta ab Augustino. *Capite* xxxi., inquis, et xxxiiI. contra Cresconium. At quo in libro, in primo ne, an in altero, an in tertio, an in quarto? Cur taces? Scilicet locum Augustini aliunde expiscatus es, non ex Augustini operibus. Nam si in his legisses, librum indicasses primum. Verum in hujus xxxi. Capite ne verbulum quidem, quod ad rem pertineat, reperitur. In xxxiiI. haec occurrunt: „ Scripturarum etiam in „ hac re a nobis tenetur veritas, cum hoc facimus, „ quod jam universae placuit Ecclesiae, quam ipsa„ rum Scripturarum commendat auctoritas, ut „ quoniam Sacra Scriptura fallere non potest, quis„ quis falli metuit hujus obscuritate quaestionis (de „ baptismo haereticorum) eamdem Ecclesiam de illa „ consulat, quam sine ulla ambiguitate Sacra Scri„ ptura demonstrat „. Assentior Augustino libens. Sine tamen, te obsecrem, mihi ut exponas, negarit ne

modum faciam. Nam infinitus prope essem, si omnium Patrum testimonia persequi numerando vellem.

usquam Magnus ille Doctor, eum qui Sedem Apostolicam consulat, perinde facere, ac si consulat universam Ecclesiam? Non hercle negavit; immo, ut est supra animadversum, in eo libro, quem inscripsit *de Utilitate credendi Cap. XVII. pag.* 50. affirmate, atque explicate dixit: „ Cum tantum auxilium Dei „ videamus, dubitamus nos in ejus Ecclesiae condere gremio, quae ab Apostolica Sede per successiones Episcoporum, frustra haereticis circumlatrantibus, *culmen auctoritatis obtinuit*, *cui nolle primas dare vel summae profecto impietatis est*, *vel praecipitis arrogantiae* .... *Quid* est aliud ingratum esse opi, atque auxilio divino, quam tanto robore praeditae auctoritati velle resistere?„ Quid? si etiam Sermone cxxi. Cap. ix. postea quam narravit, rescripta ab Apostolica Sede adversus errores Pelagianorum venisse; tum *causa finita est*, dixerit? Et in altero *Operis imperfecti adversus Julianum libro num CIII.*, *quaerendum adhuc esse examen*, negarit *cum factum jam fuerit apud Apostolicam Sedem*?

XVII. Atenim Augustinus negat, se consensurum fuisse iis, quae Stephanus definierat, nisi Ecclesiae universae auctoritas ipsum confirmasset in Stephani ejusdem sententia; cui etiam Ecclesiae auctoritati Cyprianum fuisse cessurum, ait, si detecta veritas fuisset illius temporibus, atque confirmata ab Synodo oecumenica. Ades dum, *illuminate*, cedo Augustini

Ut ne locus quidem Augustini e secundo libro de Baptismo cōtra Donatistas.

locum. Extat, inquis, lib. II. de Baptismo Cap.IV. Bonane fide abs te agi putem? Qui tandem? Nam in eo capite quidquam tale de Stephani definitione non video. Desilies in caput octavum. Sed in hoc etiam ea de re ne jota quidem? Quid? si ibidem Augustinus a Stephano objectam tantum Cypriano consuetudinem dicat (1); definitum autem quidquam a Stephano, nusquam dicat (2)? Quod si definitum quidquam a Stephano fuisset, definitum certe fuisset (ut ea ferebat aetas) in Concilio Sedis Apostolicae, eique Augustinus parendum esse judicasset. Nam is transmarinum Concilium (quod erat Concilium Apostolicae Sedis) concilio aequat universali. Libro enim II. de Baptismo Cap. IX. p. 70. „ Hac attestatione, *inquit*, satis ostendit (Cypria„ nus) multo magis se fuisse commemoraturum, si „ quod hac de re *transmarinum*, vel *universale con„ cilium* factum esset... Nondum autem factum erat, „ quia *consuetudinis robore tenebatur orbis terra„ rum* „. Jam vero cum tanti *transmarinum* Augustinus faciat; cur, (si *universali* obtemperandum cui-

(1) Pag. *69.* „ Sed quia tunc non extiterant, *inquit*, nisi qui ei (Cypriano) consuetudinem opponerent, defensiones autem ipsius consuetudinis non tales afferrent, quibus talis anima moveretur, noluit vir gravissimus rationes suas, etsi non veras (quod eum latebat); sed tamen non victas, consuetudini cedere.

(2) Vide Orsium lib. III. de Auctorit. Summi Pontificis cap. IV. art. I. et II. et cap. V. Artic. unico pag. 20. et seqq. Edit. Rom. an. 1771.

que esse statuit) *tsansmarino* obtemperandum non statuisset? Ecquis porro sibi persuadeat, non fuisse apud Augustinum valituram sententiam a Pontifice Romano in *rebaptizantes* latam; cum apud eumdem adeo valuerit ea, quae post lata fuit ab Innocentio in Pelagianos, ut Augustinus idem testatus sit, ejusmodi sententiae vigore, ac firmitate fuisse finitam causam? Sed elatus studio in eam sum quaestionem delapsus, quae de inerrantia Pontificis est, quam quidem vix attingere constitueram. Itaque desino de ipsa dicere; eoque unde huc sum digressus, me referam. Nunc sat habeo, si Augustini sententia demonstratum sit, uti jam paullo ante demonstravi, Romanam Ecclesiam *culmen auctoritatis* per *Apostolicam Sedem obtinuisse*.

Rursum ad Paullum confugit Adversarius. Restitisse eum Petro animadvertit. Sed ne id quidem Primatui obest, neque argumento esse potest, errasse in doctrina fidei Petrum.

XVIII. Misso Augustino, redis ad Paullum. Ab hoc, scribis, fuisse reprehensum Petrum, *propterea quod non recte ad veritatem Evangelii ambularet* (1).

Sed quid isthinc possis commodi capere, nescio. Alterutrum enim horum velis necesse est, nempe aut aequandum esse rebus omnibus Paullum Petro, aut Petrum errasse in re doctrinae. Sed est id utrumque omnino falsum. Ac de primatu quidem Petri mirarer, te (qui catholicus videri cupias) fateri recusare, quod tenet, tenuitque semper Ecclesia universa,

(1) Vide S. Paullum Epist. ad Galatas cap. II. v. 14.

ac Patres, Synodique, ut vidimus, praedicant; quodque confessus ultro est immanis nominis Christiani hostis Porphyrius (1). Is enim redargutum a Paullo fuisse *majorem*, eumdemque *Principem Apostolorum Petrum* animadvertit, qua in re illi cum nostris mirifice convenit(2). Quamquam merito ille a majoribus nostris exagitatus fuit, propterea quod inde ansam carpendi Doctoris gentium ceperit. Sed Patrum hac de quaestione loca persequi labor sane longus, ac prope infinitus esset. Uno, alterove utar, quod quidem satis tibi arbitror futurum. Sanctus Augustinus, cujus et licenter abuteris auctoritate, et saepius, in II. de Baptismo contra Donatistas libro (3) posteaquam dixit: „ Magnum quidem meritum novimus „ Cypriani, sed numquid majus, quam Petri Apo„ stoli, et Martyris „: haec adjunxit: „ De quo „ (Petro) idem Cyprianus in Epistola ad Quintum „ ita loquitur: *Nam nec Petrus, quem primum Do„ minus elegit, et super quem aedificavit Ecclesiam „ suam, cum secum de circumcisione Paullus disce„ ptaret, vindicavit sibi aliquid insolenter, aut ar„ roganter assumpsit, ut diceret, se primatum tene-*

(1) Confer S. Hieron. Epist. inter Augustinianas LXXV. al. XI. num. 6. sq. Tom. II. pag. 129.

(2) Horum aliquos memorat Hieronymus ibid. multo plures alii. Vide Mamachium Tom. V. P. I. Antiquit. Christianar. pag. 94. sqq. et 411. sqq.

(3) Cap. I. num. 9. pag. 64. T. IX. Edit. Antuerp. an. 1700.

„ *re* (1), *et obtemperari a novellis , et posteris sibi* „ *potius oportere,nec despexit Paullum.*Ecce ubi com„ memorat Cyprianus , quod etiam nos in scripturis „ sanctis didicimus : Apostolum Petrum , in quo *Pri*„ *matus Apostolorum tam excellenti gratia praeemi*„ *net* , aliter quam veritas postulabat , de circumci„ sione agere solitum , a posteriore Apostolo esse „ correctum „ . Haec Augustinus de Primatu Petri Johannes autem Chrysostomus Homilia LXXXVIII. In Iohannis Evangel. (2) „ Eximius , *inquit* , erat in„ ter Apostolos , et os discipulorum , et coetus il„ lius caput . Ideo Paullus prae aliis hunc visurus „ venit , simul ostendens (Christus) ei oportere „ deinceps fidere , quasi abolita negatione , fratrum „ ei Praefecturam commisit „ . S. Hieronymus in ea, quam paullo ante indicavi , Epistola (3) : „ Probemus, „ *inquit* , ante Apostolum Paullum non ignorasse, „ Petrum Principem hujus fuisse decreti (*de non co*„ *lendis legalibus veteris Testamenti*)... Denique tan„ tae Petrus auctoritatis fuit , ut Paullus in Epistola „ sua scripserit : deinde post annos tres veni Hiero„ solymam videre Petrum , ostendens , se non ha„ buisse securitatem Evangelii , nisi Petri , et qui

(1) Vide Constantium Praefat. in Epistolas Romanor. Pontif. n. VII. pag. 4. Edit. Paris. an. 1721.

(2) Al. LXXXVII. n. I. p. 525. T. VII.

(3) Num. VII. p. 130. Confer Mamachium Tom. V. P. I. Antiquit. Christianar. pag. 92. sqq. & 103. sqq.

„ cum eo erant, fuisset sententia roboratum „. En quid Patres de Primatu Petri senserint, cui quidem Primatui, auctoritatique nihil ea obstitit reprehensio.

Quod si Petrum idcirco a Paullo redargutum dicas, quod lapsus errore esset, qui error doctrinam fidei laederet; id, scito, tibi esse vehementer negaturos Patres. Omnes enim ad unum respondebunt, incurrisse in Paulli reprehensionem Petrum, propterea quod non *praedicatione* certe, (1) *neve docentis imperio*; *sed exemplo conversationis* (2), offensioni potuerit esse fratribus. Jam vero se, non quid egerit Petrus, sed quid docuerit, quaerere (3). Docuisse autem ipsum nihil, quod doctrinae fidei repugnaret. Atque haec quidem Patres. Nunc mihi paucis respondeas volo, quid isthinc effici posse arbitrere? Paullum ne fuisse Petro potestate omnino parem? Miror, quod non etiam dixeris potiorem, quasi is, qui redarguitur, semper sit redarguente inferior. Sed attende, quorsum istud tuum evadat consequens. Nostin', Natanem fuisse olim Propheten,

(1) Tertullian. lib. de Praescript. Haereticor. cap. XXIII. et lib. V. contra Marcionem cap. III. ubi: „ Sed reprehendit (Paullus, Petrum, „ *inquit*. Plane reprehendit, non ob „ aliud tamen, quam ob inconstantiam „ victus, quem pro personarum qua„ litate variabat, timens eos, qui erant „ ex circumcisione fratres, non ob ali„ quam Divinitatis perversionem etc.

(2) S. Hieron. Epist. inter Augustinianas LXXV. num. 12. pag. 131. Tom. II. Edit. oper. S. August. Antuerp. an. 1700.

(3) S. August. Epist. LXXXII. ad Hieron. al. XIX. num. 7. pag. 145. „ Non nunc inquiro, quid fecerit, sed „ quid scripserit, quaero „.

qui sane vehementer invectus in Davidem Israelitarum Regem fuerit ob inlatam militi Uriae necem? Quid? Fugitne te, reprehensum ab Samuele fuisse acriter Saulem, quod is in Amalecitas non animadvertisset? Jam ab Johanne Baptista redargutum Herodem ob junctam sibi uxorem fratris, quis ignoret? Abi modo, ac Samuelem, Natanem, Johannem fuisse Sauli, Davidi, Herodi regia potestate pares, concludito. Quod si non audes, propterea quod metuas, ne te non docti solum, sed indocti etiam irrideant, et clamoribus insectentur; quid est, quod audeas ex reprehenso Petro a Paullo, Paullum Petro parem fuisse concludere? Confer, oro te, Bossuetii Sermonem illum, qui est de Unit. Eccl. Tom. VII. oper. edit. Argent. pag. 474.

Quam inepte concludat Anonymus, errare potuisse Petrum, propter eaquod non hunc cōsuluerit solum Paullus, sed etiam Apostolos reliquos, ac seniores Hierosolymis degentes.

XIX. Verum instas, ac non fuit, inquis, Petrus consultus a Paullo, et Barnaba cum orta esset de legalibus quaestio. Quos igitur consulendos duxere? Apostolos, inquis, ac Seniores, qui Hierosolymis versabantur (1). Quasi vero Petrus tunc inde abfuerit, princepsque non fuerit Apostolorum ea in urbe degentium. Sed confugerint Paullus, et Barnabas ad Apostolos, et Seniores Hierosolymis manentes, ut voles; patiar. Illud doceri me volo, quid isthinc putes extundi, elicive posse? Falline in re fidei po-

(1) Act. Apostol. cap. XV.

tuisse Petrum ? At quibus id molitionibus, machinisque conficies ? An adeo praepostera, atque inversa tua est ratio, ut Ecclesiam dispersam errare in re fidei posse pugnes ? Nam Paulus ad unos Apostolos, Senioresque provocavit, qui Hierosolymis manebant; ad ceteros, qui Evangelii propagandi causa, dispersi per alias urbes, regionesque erant, non item. Itaque, si tibi constes, cum labi Petrum in re doctrinae potuisse existimes, propterea quod Paulum, et Barnabam ad Apostolos, et Seniores, qui Hierosolymis agerent, confugisse Lucas memoret, nulla facta distincte mentione Petri; existimes item necesse est, labi perinde dispersam per terrarum orbem Ecclesiam potuisse, quod hujus non solum non meminerit distincte Lucas; verum etiam Paulus reipsa rogandum suffragium non putarit. Jam id si pugnes; ejiciere, mihi crede, e coetu Catholicorum. Nemo est enim Catholicus, qui non indigne ferat, negari, Ecclesiam diffusam per terrarum orbem universum falli in re fidei nullo modo posse. Unde nam porro didicisti, Petrum consultum a Paullo, et Barnaba non fuisse ? Apud Paullum certe Petrus tantae auctoritatis erat, ut ille ad hunc unum omnium maxime videndum Hierosolymam venerit, (1) manseritque apud ipsum diebus

(1) Paullus Epist. ad Galatas c.v. supra indicata num. VIII. pag. 130, vers. 18. Confer Hieronym. Epist.

quindecim, (1) ac deinceps cum eo Evangelium suum contulerit ita, ut plane ostenderit (Hieronymo teste) (2), *se non habuisse securitatem Evangelii praedicandi, nisi Petri, et qui cum eo erant, fuisset sententia roboratum*. Huncine igitur *verticem Apostolici chori* (3) ἀρχηγὸν τῶν ἀποστόλων, *principem, ac ducem Apostolorum* (4), cui tanta divinitus data potestas erat (5), quique delectus fuerat, *ut per os ejus gen-*

(1) Paul. ibid. Hier. ibid.

(2) Hieronym. ibid. Tertull. lib. v. contra Marcionem c. III. ubi „ ad „ patrocinium, *inquit*, Petri, ce„ terorumque Apostolorum, ascen„ disse (se) Hierosolymam post „ annos quatuordecim (Paullus) „ scribit, ut conferret cum illis de „ Evangelii sui regula, ne in va„ num tot annis cucurrisset, aut „ curreret, si quid scilicet citra for„ mam illorum evangelizaret. Adeo „ ab illis probari, et constabiliri „ desiderarat „. At desiderarat quidem non sui causa Paullus; non enim dubitabat de sui Evangelii veritate, sed, ut ibidem animadvertit Tertullianus: „ propter superindu„ ctitios falsos fratres, qui subin„ traverant ad speculandam liberta„ tem nostram, quam habemus in „ Christo, ut nos subigerent ser„ vituti, quibus suspectus era Paul„ lus, ne invacuum cucurrisset „. Mox enim addit Tertullianus: „ Hoc enim „ rudi (Antiochenorum) fidei, et „ adhuc de legis observatione sus„ pensae competebat, ipsi quoque „ Apostolo, ne in vacuum cucurris„ set, aut curreret, suspecto. Ita„ que frustrandi erant falsi fratres „ speculantes libertatem Christia„ nam, ne ante eam in servitutem „ redigerent Judaismi, quam dexte„ ras darent antecessores etc. „.

(3) S. Johan. Chrysost. III. in Acta pag. 23. Tom. IX.

(4) Sophronius in Graeca sua versione Libri S. Hieronymi de viris illustribus capit. I. pag. 169. Tom. I. oper. S. Hieronym. Edit. Francofort. an. 1684.

(5) S. Basilius Magnus Homil. de Judicio Dei num. VIII. p. 225. T. II. oper. Edit. Paris. an. 1722. S. Greg. Nazianz. orat. XXXIV. pag. 549. Edit. Colon. an. 1690. S. Epiph. Haeres. LI. num. XIV. pag. 436. Tom. I. Ed. Paris. Confer ceteros Patres, quos recenset Mamachius Tom. V. Antiq. Christ. Pag. 135. sqq.

tes Evangelium audirent, et crederent, (1) huncine, inquam, Hierosolymis tunc degentem Paullus non adiisset, neve consuluisset, quum de finienda quaestione ageretur, quae inter Antiochenos e circumcisione, Scholaque Pharisaeorum; et eos qui ex gentibus nomina Christo dedissent, exorta de cultu Legalium fuerat (2) ? Verses te licet quacumque voles; sanum certe mente, qui tibi ista jactanti assentiatur, reperies prorsus neminem. Deinde censesne, Paullum ea de re conferre consilia neg'exisse cum Petro, quem pro dignitate, quam sustinebat, quisque norat, primum omnium in Synodo sententiam dicturum (3), ac vere adeo, sancteque dicturum, ut qui adfuturi essent, non modo nihil contra loquerentur, sed ne mussitarent quidem (4) ? Id si censes, vereor equidem, ne populo orthodoxo aeque caecus animo, ac Phalaris videare.

At cur non ad unum Petrum, sed ad Apostolos, senioresque, qui Hierosolymis agebant, Paullus confugit ? Cur ? Fac nesciam. Quid ? An inscientia mea quidquam detrahet de dignitate, auctoritateque Petri, quam Paullus, ut est demonstratum, permagni duceret ? Quod si dixero, Paullum idcirco ad

(1) Act. Apost. cap. xv. v. 7.

(2) Ibid. versu 1. sqq.

(3) Ac primus revera dixit, ut liquet ex Act. Apost. cap. xv. versu 7.

(4) Ibid. vers. 12. *Tacuit autem omnis multitudo etc.* Vide Melchiorem Canum lib. vI. de Locis Theolog. cap. III. Propos. II.

plures provocasse, non quod ab uno Petro decidi controversiam nequire arbitraretur (1); sed ut multorum pervestigatione, consensione, litteris, audaciam comprimeret factiosorum, recteque sentientes majorem in modum in sententia confirmaret, hoc, inquam, si dixero, tibi non satisfaciam fortasse, sed certe non mentiar. Sequar enim auctores Patres (2), a quibus me divelli non feram. Postremo, quo tu ore

(1) Non enim Petrus solum, sed quisque etiam Apostolorum decidendi pollebat auctoritate. Confer Synodum V. an. 553. pag. 188. T. II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. De Petro consule S. Gregorium lib. IX. Epist. XLV. ad Theoctistam, al. l. IX. Epist. XXXIX. pag. 274. Tom. VIII. oper. Edit. Venetae an. 1771.

(2) S. Johannes Chrysostomus Commentar. in cap. I. Ep. ad Galat. num. X. pag. 676. Tom. X. oper. ubi. „ Non accessit eo, *inquit*, ut ali„ quid disceret; sed ut aliis persua„ deret; nam ipse ab initio fuerat „ ejus sententiae, quam Apostoli „ comprobarunt, non oportere cir„ cumcidi. Ceterum quoniam ad „ eum usque diem non visus est il„ lis sat idoneus, cui fides habere„ tur, sed magis auscultabant iis, „ qui versabantur Hierosolymis; „ ascendit, non ipse percepturus, quod „ ante nesciverit; sed ut contradi„ centibus persuaderet, eos qui Hie„ rosolymis erant, eidem sententiae „ subscribere. Itaque ab initio quid „ esset agendum perspexerat, nec „ opus habebat ullo doctore, sed „ quae post multum erant Apostoli „ decreturi, haec ipsa citra discus„ sionem caelitus habebat apud se „ certa, et indubitata ... Verum „ quoniam ita visum erat fratribus, „ ut ab illis quoque disceret, ascen„ dit, non sui ipsius causa, sed il„ lorum „. Confer quae sequuntur, et quae de Petro, Paulloque scribit Homil. XXXII. in Acta Apostolor. pag. 248. sqq. Tom. IX. Quo spectat illud Tertulliani ex lib. de Praescriptionibus cap. XX. sqq. de Petro, quem nihil latuerit: et ex lib. contra Praxeam cap. II., ubi „ salva, „ *inquit*, praescriptione, utique „ tamen propter instructionem, et „ munitionem quorumdam dandus „ est etiam retractatibus locus, ut „ non videatur unaquaeque perver„ sitas non examinata, sed praeju„ dicata damnari „. Mitto ceteros, ne plus nimio longus videar.

neges, ad Petrum potiſſimum confugiſſe Paullum, ſi majorum noſtrorum ſatis eſt tibi explorate repugnans ſententia ? Diu te morarer, ſi eorum teſtimonia vellem deſcribere. Hoc uno Theodoriti contentus ero. Is in ea Epiſtola, quam ad S. Leonem Pontificem ſcripſit: „ Paullus, *inquit*, praeco veritatis, „ tuba Spiritus Sancti ad Magnum Petrum ſe contu- „ lit, ut iis, qui ſententiae de legali converſatione „ ambigebant, explicationem ab illo referret „ (1). Jamne vides, te contra Pontificum Maximorum auctoritatem praepoſtere diſſerentem, aut ea ſumere, quae non concedantur; aut ea, quae etiam conceſſa, te nihil juvent ?

Sed longius me eſſe progreſſum video, quam initio conſtitueram. Itaque manum de tabula. Nam haec modo tibi ſatis erunt. Gratane vero, an moleſta tibi futura ſint, non laboro. Hoc moneo, ut, ſi (quemadmodum ſunt revera) doctrinae ſint Catholicae plane conſona; tu iis aſſentiare. Id ſi feceris, ne dubita, ea tibi non utilitati permagnae ſolum, ſed etiam ſaluti fore. At enim ſuperſunt multa, quae explicanda, atque expedienda eſſe videantur. Novi. De his item ad te copioſe ſcribam, ſed tempori. Vale. Idib. Novembris 1785.

(1) Vide Partem II. oper S. Leonis praeterea S. Hieronymum Epiſt. ſupra pag. 212. Edit. Rom. an. 1755. Vide indicata ad Auguſtinum n. 8. p. 130.

EPI-

EPISTOLA II.

ANONYMO PISTUS ALETHINUS S. D.

Innocentii III. locũ pervertit Anonymus, aliorsũque rapit, atque Pontifex ille voluerit.

I. Nolo diu expectes, ut servem promissi fidem. Ecce me tibi, ut multo et citius, quam putaras, et cumulatius satisfaciam. Jam tenes, opinor, quid statim addideris ad ea, quae pluribus refutavi Epistola superiore. A Paûllo nempe descendisti ad Innocentium III. quam ordine, quamque gradatim, tute cogita; quam autem vere, mox ipse videro. Abs te vero peto, mihi ut indices, quid is Pontifex scripserit, quod tibi esse praesidio posse arbitrere? *Judicari se*, inquis, *velle ab Ecclesia ob peccata contra fidem.* Affer locum, quo ista,quae confidentissime venditas, contineantur. Rejicis me ad sermonem, qui primus est *de Consecratione Pontificis*. Verum in isto sermone, introspicias licet partes ejus omnes, atque rimere, nihil usquam tale reperies. At extat, fortasse inquies, in secundo. Mirum, ni tu me circumducas, ut si forte in secundo non sit, frustra tempus in tertio, et quarto perlegendis teram. Sed age, sit quidpiam simile in secundo. Quaero, cujusmodi sit? *Fidem*, inquis, Innocentius *sibi esse*

necessariam profitetur. Cur non? Nimirum hoc etiam esset reliqui, ut qui *infidelis* sit, is tua quidem sententia, esse nihilo secius queat Romanae Ecclesiae Pontifex. Perge porro. Adjungit, inquis, Innocentius, *judicem se habere nullum, praeterquam Deum*. Quid? Hoccine erit venisse ipsum in judicium, ditionemque Ecclesiae? Ecquis, dici istud absurde, non plane videat? At enim, inquies, monet continuo: *solo peccato contra fidem judicari se ab Ecclesia eadem velle*. Quo tandem modo? Ab gregene Pastor, ab inferiore superior, ab Ecclesia Pontifex judicabitur, cui Christus Servator (Innocentio praedicatore) reliquit *universalem ipsam Ecclesiam gubernandam*? Sed quid multis te moror? Innocentii III. sic est ratio, ut ex eo sermone secundo, ex tertio etiam, exque Epistola ad Patriarcham Constantinopolitanum an. 1198. data manifesto patet. Fidem sibi esse necessariam. Nisi enim firmus in ea sit, contineri ab se (ut muneris est sui) confirmarique oves sibi creditas in fide ipsa nequire (1). Ei

(1) Serm. II. pag. 188. Tom. I. Oper. Edit. Colon. an. 1575. „ Nisi ego solidatus essem in fide, „ quomodo possem alios in fide firmare, quod ad officium meum noscitur specialiter pertinere? Domino protestante: *Ego*, inquit, „ *pro te rogavi, Petre, ut non* „ *deficiat fides tua, et tu aliquando conversus, confirma fratres* „ *suos*. Rogavit, et impetravit, „ quoniam *exauditus est in omnibus pro sua reverentia*: Et ideo „ fides Apostolicae Sedis in nulla „ nmquam turbatione defecit, sed „ integra semper, et illibata per-

autem rei prospexisse Christum. Itaque Sedem Apostolicam, etsi saepe saevissimis tempestatibus agitatam, cessisse tamen, aut defecisse numquam. Quod si posset fieri, ut Pontifex haereseos sese illiget crimine; hunc errantem judicatum extemplo iri divinitus (2), ac Pontificem, sponsumque esse Romanae

„ mansit, ut Petri privilegium persisteret inconcussum. In tantum enim mihi fides necessaria est, ut cum de ceteris peccatis solum Deum judicem habeam; propter solum peccatum, quod in fide committitur, possem ab Ecclesia judicari; *nam qui non credit JAM JUDICATUS EST*. Credo quidem, et certissime credo, quod catholice credam. Mihi dicitur in Apostolo: *Tibi dabo claves regni Caelorum etc.*.. Petrus ligare potest ceteros, sed ligari non potest a ceteris.. Sicut in capite consistit omnium sensuum plenitudo, in ceteris autem membris pars est aliqua plenitudinis: solus autem Petrus assumitus est in plenitudinem potestatis... Jam videtis, quis iste sit *servus*, *qui super familiam constituitur*: profecto vicarius Christi, Petri successor, qui *de omnibus judicat*, *et a nemine judicatur*, Apostoli voce pronuntians, *qui me JUDICAT, DOMINUS EST*. *Omnes omnino, qui sunt de familia Domini, sub ejus cura constituti sunt*. Non enim distinguit inter hanc, et illam familiam, nec pluraliter dicitur, super familias tamquam multas; sed singulariter dicitur, super familiam, tamquam unam, *ut sit unum ovile, et unus pastor*. Una est, inquit columba mea. Ad hoc autem est super familiam constitutus, *ut det illi cibum in tempore* Primatum Petri Dominus Jesus Christus et ante passionem, et post passionem constituit. Ante passionem, cum dixit: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam etc.* Circa passionem, cum ait: *Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos*. Post passionem vero, cum tertio praecepit: *Si diligis me, pasce oves meas*. In primo sublimitas potestatis; in secundo constantia fidei; pastura gregis, cum dicitur: Ut det illi cibum in tempore „.

(1) Vide notationem superiorem,

Ecclesiae desiturum. Fore autem propterea, ut jam dejectus judicio divino de gradu, indeque in Ecclesiae redactus potestatem, ab Ecclesia ipsa judicari, plectique possit. Ceterum credere se: nûmquam esse permissurum Deum, ut Petri Successor in catholicum dogma peccet. Nam rogasse pro Successoribus,

Sic habet ibid. Innocentius. *Qui enim non credit, jam judicatus est.* A quo, nisi a Deo? Rursum de se agens: *qui de omnibus*, inquit, *judicat, is a nemine judicatur Qui me judicat, Dominus est etc.* Sermone autem III. pag. 193. sq. ,, Romana, *inquit*, Ecclesia debitum ,, reverentiae nulli prorsus impen- ,, dit, nisi Romano Pontifici, qui ,, post Deum alium superiorem non ,, habet... Sacramentum inter Ro- ,, manum Pontificem, et Romanam ,, Ecclesiam tam firmum, et stabi- ,, le perseverat, ut nonnisi per ,, mortem numquam ab invicem se- ,, parentur, quia mortuo viro, mu- ,, lier, secundum Apostolum, so- ,, luta est a lege viri. Vir autem ,, iste (Romanus Pontifex) alliga- ,, tus uxori solutionem non quae- ,, rit, non cedit, non deponitur, ,, non transfertur. Nam suo Do- ,, mino aut stat, aut cadit. *Qui* ,, *autem judicat* Dominus est. Pro- ,, pter causam vero fornicationis ,, Ecclesia Romana posset dimitte- ,, re Romanum Pontificem. For- ,, nicationem non dico carnalem, ,, sed spiritualem, idest propter ,, infidelitatis errorem; quoniam ,, *qui non credit, jam judicatus* ,, *est* Ego tamen facile non credi- ,, derim, ut Deus permitteret, Ro- ,, manum Pontificem contra fidem ,, errare, pro quo spiritualiter ora- ,, vit in Petro. *Ego*, inquit, pro ,, te rogavi, Petre etc.: Et paullo ante: ,, Haec est vox Sponsi, pro ,, qua gaudeo, quia sicut praedicit ,, Simoni pugnam, ita promittit ,, victoriam. Sic injungit officium, ,, qui impendit auxilium. Pugnam ,, praedicit, cum air: Satanas ex- ,, petivit, ut *cribraret vos sicut tri-* ,, *ticum:* victoriam promittit, cum ,, addit. *Ego autem rogavi pro te,* ,, *ut non deficiat fides tua*. Nam ,, haec est victoria, quae vincit ,, mundum, fides nostra. Officium ,, injungit, cum dicit: *Confirma* ,, *fratres tuos*; auxilium impendit, ,, cum ait: Ego rogavi pro te, ,, Petre. Exauditus enim est pro sua ,, reverentia etc. ,, .

in Petro, *proque sua reverentia exauditum* fuisse Christum, a quo eis commissum gregem universum, fuisse liquet et ad pascendum, et ad gubernandum (1). Qua ex re plane est consequens, ut grege ipso sit Pontifex Romanus superior. Sed verba Innocentii tibi recitari poscis. Aequum postulas. Ecce illa tibi diligenter descripta, atque inlata in tres eas, quas proxime dedimus, adnotationes. Verum ea tu tacitus praeteristi,

(1) Confer quae Innocentius complexus sermonibus est, *de familia, et ovili* super quod est Pontifex a Domino constitutus, ut superioribus adnotationibus animadverti. Jam vero idem in Libri I. Ep. CCIX. pag. 472. Edit. Parisiena. Balutli an. 1689. T. I. ad Patriarcham Constantinopolitanum scribens: „ Apostolicae Sedis primatus, *inquit*, „ quem Deus constituit, multis „ quidem et Evangelicis, et Apostolicis testimoniis comprobatur. „ Sicut caput inter cetera membra „ corporis, velut in quo viget plenitudo sensuum, obtinet Principatum, sic et Petrus inter Apostolos; et Successores ipsius inter „ universos Ecclesiae Praelatos praerogativa praecellunt dignitatis, „ vocatis ceteris in partem sollicitudinis, ut nihil eis (Successoribus Petri) de potestatis plenitudine deperiret. Huic (Petro) „ Dominus oves suas pascendas vocabulo tertio repetito, commisit, ut alienus a grege Dominico censeatur, qui, etiam in „ successoribus suis noluerit habere „ pastorem. Non enim inter has, et „ illas oves distinxit; sed simpliciter inquit, *pasce oves meas*, ut „ omnes omnino intelligantur ei „ esse commissae. *Petro non solum universalem Ecclesiam*; sed „ totum reliquit seculum *gubernandum*. Privilegium expressit (Christus) Pontificii singularis, per „ quod (Petrus) universum orbem „ susceperat *gubernandum*. Pro eo „ Dominus se orasse fatetur; ex „ hoc *innuens manifeste, quod* „ *Successores ipsius nullo umquam* „ *tempore a fide catholica deviarent*; sed revocarent magis alios, „ et confirmarent etiam haesitantes etc. „ Confer etiam lib. I. Epist. XCIV. pag. 50. seq. et CCCXVI. p. 171. et CCCLIII. sq. pag. 203. sqq. et DXXVI. p. 299.

demto uno illo de Pontifice *ab Ecclesia judicando, si fidem deserat*. Cur autem? Tute nosti. Sed quam metuo, ne qui prodeant, qui id te fecisse existiment, ut circumvenires minus cautos lectores tuos, qui cum tam fidenter abs te scribi cernerent, nihil te omisisse arbitrarentur, quod efficiat, accipi aliorsum Innocentii sententiam oportere; atque ita abs te, qui Germanus sis, actum judicarent germana fide, dolumque sibi instructum non modo non crederent, sed ne suspicarentur quidem!

Verum patiar, intulisse te fide bona in libellum tuum, quae ab aliis de Innocentio accepisses, quos et diligentes, et veraces esse existimaras; at cum deceptum te fuisse pernoveris, tamenne perges contendere, submitti Ecclesiae ab eo Pontifice Successores Petri?

Sed finge, nihil eorum, quae attuli, fuisse ab Innocentio scriptum; ecquem demum fore arbitrare, qui eum recessisse putet a Doctrina Pontificum Superiorum (1)? Noverat ille profecto, a S. Gelasio I. qui extremo fere Sec. V. Ecclesiae clavum tenuit, haec fuisse litterarum mandata monumentis (2). „Cogitent vocem

(1) Vide Epist. Simplicii Papae ad Acacium pag 1073. T. III. Concilior, Edit. Paris. Labbei, et Felicis III. ad eumdem ibid pag. 1049. Sed longum est omnes commemorare.

(2) Epist. XI. ad Faustum T. XI. Concilior. Ed. Paris. an. 1714. p. 886. Idem Epist. IV. ad Anastasium Imperatorem pag. 893. T. eodem XI. „ Pietas tua, *inquit*, evidenter „ advertit, numquam penitùs huma„ no consilio elevare se quemquam

„ Christi non esse superfluam , quae confessioni „ B. Petri Apostoli inferni portas nunquam praevalituras asseruit. Quapropter non veremur, ne „ Apostolica sententia resolvatur , quam et vox „ Christi, et majorum traditio, et canonum fulcit „ auctoritas, ut *totam* potius *Ecclesiam semper* ipsa „ dijudicet „. Et (1): „ Ipsi sunt Canones, qui appellationes totius Ecclesiae ad hujus Sedis examen „ voluere deferri; ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt, ac per hoc illam de tota „ Ecclesia judicare; ipsam ad nullius commeare judicium „. Et (2): „ Non reticemus, quod cuncta „ per mundum novit Ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata Pontificum Sedes B. Petri Apostoli jus habeat resolvendi, ut pote quod de omni „ Ecclesia fas habeat judicandi, neque cuiquam de „ ejus liceat judicare judicio „.

„ posse illius privilegio , vel confessioni, quem Christi vox prae. „ tulit universis , quem Ecclesia „ veneranda confessa semper est, et „ habet devota Primatem. Impeti „ possunt humanis praesumptionibus , quae *divino sunt judicio* „ *constituta ; vinci autem quorumlibet potestate non possunt* „ ... „ Hoc est quod Sedes Apostolica magnopere cavet, ut quia mundo radix est Apostoli veneranda confessio, nulla rima pravitatis , nulla „ prorsus contagione maculetur. Nam „ si (quod Deus avertat , quod fieri „ non posse confidimus) tale aliquid „ proveniret.. unde correctionem errantibus posceremus „. si Pontifex Successor Petri in errorem incideret?

(1) Epist. ad Faustum Magistrum ibid. pag. 885.

(2) Epist. VII. ad Episcopos Dardaniae ibid. pag. 909. Confer et Synodum Palmarem Romanam anno 501. pag. 969.

Digitized by Google

Nec vero ignorabat Innocentius , initio Seculi VI. a S. Symmacho Papa indictum , denunciatumque fuisse Patribus Synodi Palmaris Romanae : „ se renitentem ad judicium non posse canonibus statutis „ compelli (1) „ . Nam , ut recte fuit a Patribus iisdem animadversum : „ Res nova est , et Pontificem „ Sedis istius apud Synodum audiri nullum constat „ exemplum (2) „ . Quare Avitus Viennensis , datis Episcoporum totius Galliae nomine ad Senatores Urbis Romae litteris (3) „ : Dum „ *inquit* de cau„ sa Romanae Ecclesiae anxii nimis , ac trepidi esse„ mus , *utpote nutare statum nostrum in lacessito* „ *vertice sentientes* , quos omnes una criminatio per„ cusserat , si statum Principis obruisset . Intelligi„ mus S. Symmachum Papam , si seculo primum „ fuerit accusatus , consacerdotum suorum *solatium* „ *potius, quam recipere debuisse judicium*, quia ... non „ facile datur intelligi , *qua vel ratione*, *vel lege ab* „ *inferioribus eminentior judicetur* . Nam cum celebri „ precepto Apostolus clamet : accusationem vel in „ presbyterum recipi non debere : *quid in principa*„ *tum generalis Ecclesiae criminationibus licere cen*„ *sendum est* ? Quod Synodus ipsa venerabilis lauda„ bili constitutione prospiciens, causam, quam (quod „ salva ejus reverentia dictum sit) pene temere sus-

(1) Ibid. pag. 969. Relat. Episcop. ad Thedoricum Regem .
(2) Ibid. pag. 974. (3) Ibid. pag. 281. sqq.

„ ceperat inquirendam, divino potius servavit exa„ mini. In Sacerdotibus ceteris potest, si quid for„ te nutaverit, reformari; at si Papa Urbis voca„ tur in dubium, Episcopatus jam videbitur, non „ Episcopus vacillare. Reddet rationem qui ovili „ Dominico praeest ... qua commissam sibi agnorum „ curam administratione dispenset. Ceterum *non est* „ *gregis pastorem proprium terrere*, sed judicis „. Jam de Innocentio III. satis dictnm est.

Constantiensis Synodus Anonymo repugnat, etsi is ad illam confugiat.

II. At Synodus Constantiensis Oecumenica, subjectum esse Pontificem Conciliis generalibus,declaravit. Non inquiram hoc loco, *legitimene* tunc, cum IV. et V. Sessio celebrata est, Synodus eadem congregata fuerit, an contra? Scio, quid in ejus Synodi decreta duo, minimeque tunc stabilem auctoritatem Theologi nostri commentati sint (1). Orsium Cardinalem

(1) Scriptores ejus temporis diligentes quidem certe, atque accurati multa in Sessionibus illis duabus acta fuisse turbate, ferunt, secus quam Synodi libertas posceret. Fuisse Patres et magno numero, et non minore auctoritate, qui verbia: *reformationem generalem in capite, et in membris*: palam sese opponerent, atque contra vehementer protestarentur. Factum hinc fuisse, ut eadem ipsa verba inlata in Decreta non fuerint. Non enim ea leguntur in exemplis actorum manu scriptis, neve in editionibus, quarum sit potior auctoritas propter vetustatem; velut in ea, quae an. 1449. Constantiae coepta fuit, neve in Mediolanensi an. 1511., neve in Parisiensi an. 1524. neve in Coloniensi an. 1530. In actis, quae *originalia* vocant, servanturque in Vindobonensi Caesarea Bibliotheca, nihil tale cernere licere. Quid? Sine in exemplo quidem Brunsvvicensi? neve in Gotthano? neve in Lipsiensi? neve in Romanis Bibliothecae, Vaticanae cumprimis, ut est animad-

cumprimis, cujus est egregium opus *de Romani Pontificis in Synodos Oecumenicas, et earum canones potestate* (1) consuli cuperem. Quamquam non sum nescius, quid multo ante de judiciis Sedis Apostolicae Pontificum tradiderint Synodi Oecumenicae Ephesina, et Chalcedonensis (2), quarum firma

versum ab Schelestratlo. Fuisse quidem eadem verba inlata in Editionem Coloniensem an. 1538.; qua fide viderint alii: mihi certum est Grotium ea ex codice accepisse, qui scriptus paucorum illorum Episcoporom jussu fuit, qui post Sessionem xxv. Synodi Basileensis, conflato Schismate Basileae constiterant. Ei autem Editioni aliquos scriptores, Protestantes praesertim, adhaesisse, veritatisne studio, an contentionis, non laboro. Adi-sis Hermannum won-der-Hardtium hominem ceteroquin de Protestantium grege Tom. IV. Actor. ejus Syuodi Par. I. pag. 85. sqq. et Tom. VIII. Concilior. Ed. Paris. an. 1714. p. 251.

(1) Tom. III. Parte I. pag. 2. & seqq.

(2) Synodi I. Ephesinae loca attuli supra num. XIII. pag. 24., ut etiam Synodi Chalcedonensis, quae perpendi volo. In Epistola Synodica ad Leonem Papam, idem Concilium Chalcedonense, judicari ab Synodo altera Ephesina, privarique dignitate Romanum Episcopum nequivisse docet, propterea quod huic *vineae custodia a Salvatore commissa sit.* Vide Partem II. oper. S. Leonis pag. 655. Edit. Rom. an. 1755. Synodus autem illa altera Ephesina, legitime, ut oecumenica, congregata fuit; at postmodum, cum vi egisset, a Leone reprobata est, ac latrocinalis inde merito appellata. Quid? Si Chalcedonensis ipsa Synodus ibid. Pontificem caput suum, ac patrem agnovit, qua ex re perspicitur, ejus quidem sententia, Pontificem ipsum Oecumenica Synodo esse superiorem? Neque vero quisquam ea aetate, deincepsque fuit, qui non suo jure Caelestinum I. egisse diceret, cum is Pontifex suos ad Ephesinam I. Synodum legatos monuerit, ut quemadmodum *instructiones ipsis traditae loquebantur, sic interesse concilio*, seu Synodo *deberent; ut si ad disceptationem ventum esset, ipsi de eorum* (Patrum nempe Synodi) *sententiis judicare deberent, non subire certamen*. Caelest. Epist. XVII. pag. 1152. T. I. Epistolar. Romanorum Pontificum. Quid? Annon id

est, certaque auctoritas. Verum quae, salva pace, cum Gallis hac de re disputantur, non est, cur esse nunc mihi expendenda putem. Sat habebo, si quae Synodi, sine dubio oecumenicae, Lateranensis IV. Lugdunensis II. ac (modo etiam velis, Constantiensis, et Basileensis) Florentina denique statuerunt, concedi oportere confiteare. Nam id si impetraro, concidet, te quoque probante, everteturque funditus quid quid opusculo isto tuo complexus hactenus es, aequandi Pontificis Maximi quibusque Episcopis causa. Sin iisdem Synodis assentiri renueris; ego id tamen assequar, ut opusculum idem tuum orthodoxi omnes, velut Synodis oecumenicis inimicum, detestentur, atque abs te sibi caveant, qui ad Constantiensem provocaris, non quo illius auctoritate moverere, sed quo ei te devotum simulans, lectores tuos nec opinantes in errorem impelleres. Habe autem tibi quid Lateranensis IV. an. 1215. celebrata, ferat (1): „ Romana Ecclesia, quae disponente Domino, super omnes „ alias ordinariae potestatis obtinet principatum „. Cognosce nunc quae ab Imperatore Michaele Palaeologo scripta, Concilium Lugdunense II. summa Patrum consensione probaverit (2) „ : Ipsa

palam ostendit, Romanum Praesulem habitum fuisse Synodo ipsa auctoritate prastantiorem?

(1) Synod. Lateranens. IV. Can. III. Tom. VII. Concilior. Ed. Paris. an. 1714. pag. 23.

(2) Synod. Lugd. II. ann. 1274. sess. IV. Tom. eod. pag. 690.

„ quoque Sancta Romana Ecclesia ἄκρον *Summum*, „ et Τέλειον πρωτεῖον, καὶ ἀρχὴν, *et perfectum pri-* „ *matum*, et principatum ἐπὶ πᾶσαν τὴν καθολικὴν „ Ἐκκλησίαν κατέχει *super* omnem Catholicam Eccle- „ siam obtinet, quem *se ab ipso Domino* ἀπ' αὐτοῦ τοῦ „ κυρίου in Beato Petro Apostolorum Principe, sive „ vertice, cujus Romanus Pontifex est successor, „ μετὰ πλήρους ἐξουσίας παραδέξασθαι *cum potesta-* „ *tis plenitudine recepisse* veraciter, et humiliter „ (meum imperium) recognoscit; et sicut prae ce- „ teris tenetur (Romana Ecclesia) fidei veritatem „ defendere, sic etiam quae de fide subortae fuerint „ quaestiones, suo debeant judicio definiri „. Satin' hoc tibi? At Constantiense. Isthuc veniebam. Sed volo, memineris eorum, quae n. XIII. superioris Epistolae p. 43. sq. comprehendimus. Inde comperies, eo concilio probante, confitendum esse: „ Quod Papa canonice Electus, qui pro tempore fuerit, sit successor B. Petri, habens supremam auctoritatem in „ Ecclesia Dei „. Intellexistine, quid Papa, qualisve sit? Abi modo, et si quid in te pudoris est reliqui, ad Synodum Constantiensem confugito. De Basileensi (1) ut etiam de Florentina (2), quam tecum vehementer pugnent, constitit Epistola superiore *ibid. pag.* 51. *sqq.* Harum enim responsis, decretisque convellitur omnis illa, quam tute (deprimendae digni-

(1) Num. XIII. (2) Ibid.

tatis, potestatisque Pontificiae causa) persuadere tuis civibus conare, jurisdictionis Papae, ceterorumque Episcoporum aequalitas.

Eugenii IV. auctoritate abutitur Anonymus; sed frustra.

III. At enim Eugenium nobis narras, et ea tempora. Utere autem Gudeno teste. Sed hujus codex Diplomaticus quanti sit pretii, ut alii judicent, non repugno. Hoc mihi nunc erit curae, me ut edoceas, quaenam Synodi Constantiensis Decreta se custoditurum Eugenius idem promiserit? Ea ne duo Sess. IV. et V. quae sunt *de Reformatione in Capite, et in membris*? Verum ejusmodi verborum, ut alias animadverti, ne γρῦ quidem extat in melioris notae codicibus. Fac tamen, concedam extare. Patiar praeterea, iis ut assensus fuerit, seque subjecerit Eugenius. Quid tum? An auctoritas ulla inerit assensioni extortae metu? Negant certe Patres. Hi enim habendam esse rationem verborum docent, quae prolata ex animo, libereque sint; non quae minis, terroribus, instanti periculo turbarum, et dissidiorum violenter expressa, atque erepta (1). Vim autem fuisse Eugenio inlatam, ne Jacobus quidem Lenfa-

(1) S. Athanasius Hist. Arianor. ad Monachos num. XLI. p. 291. T. I. Part. I. oper. Edit. Patav. an. 1774. posteaquam dixit, suffragio se illius stare, qui etsi lapsus violentia sit, odio tamen ferretur contra Arianismum, suffragatusque veritati esset, quamdiu ipsi libere agere, suoque arbitrio licuit; tum adjunxit: Nam quae ex βασάνων *cruciatibus eliciuntur praeter priorem sententiam, ea non reformidantium placita sunt, sed torquentium*. Mitto ceteros, ne nimius esse videar.

tius dubitat, homo ceteroqui de Secta Calvinianorum (1). Quid? Terrorene solutum, ac liberum Eugenium in iis tuendis perstitisse defendes, quae tute ab eo in angustum redacto fuisse scripta, Gudeni testimonio fretus, vociferare? Sed qua confidentia, contra publica monumenta (2)? Verumtamen detur hoc etiam liberaliter: Eugenium in iis probandis perseverasse; an erit hinc consequens, rebus omnibus reliquos Episcopos esse Romano Pontifici dignitate, atque potestate pares? Quotusquisque tam malus Dialecticus est, qui tale quidpiam inde concludi, exprimique posse arbitretur? Profecto quid Eugenii sententia ferret, Synodi Florentinae, cui praefuit, Decretum demonstrat, quod quidem Decretum ille firmavit, edique in hominum lucem jussit. Est vero id Decretum, ut supra vidisti, hujusmodi: „ Sanctam

(1) Histoire du Concile de Basle lib. xvII. num. 39. sqq.: „ Eugene IV. non moin pressé en Italie „ par le Duc de Milan, qu'en Alemagne par le Concile de Basle, „ *etoit reduis aux plus dures extremitez*... Cependant comme cette reconciliation avec le Concile „ avoit été extorquée par les menaces du Duc de Milan, qui se „ portoit en Italie pour le legat du Concile etc. „. Vide Turrecrematam l. II. de Eccl. cap. c. et Orsium T. XII. Parte II. pag. 20. et sqq.

(2) Confer Epistolam Eugenii ad Franciscum Foscarum Ducem Venetiar. apud Orsium ibid. qua in Epistola sic habetur: „ Potius hanc Apostolicam dignitatem, et vitam ipsam „ posuissemus, quam voluissemus esse causa, et initium, ut Pontificalis Dignitas, et Apostolicae Sedis auctoritas submitteretur Concilio contra omnes Canonicas Sanctiones, quod nunquam ante, neque aliquis nostrorum Praedecessorum fecit, neque ab ullo extitit requisitum „.

,, Apostolicam Sedem, et R.P. in universum orbem ,, tenere primatum ; et ipsum Pontificem Roma- ,, num ... Esse totius Ecclesiae caput, et omnium ,, Christianorum doctorem existere, et ipsi in B. Pe- ,, tro pascendi, regendi, ac gubernandi universalem ,, Ecclesiam a Domino nostro Jesu Christo plenam ,, potestatem traditam esse ,, . Tenes, quid Eugenii IV. doctrina postulet. Sed Eugenio dimisso, vertis te ad Silvestrum Papam.

Ad Silvestrum Secundum provocat Anonymus; sed fide plane mala.

IV. Rogo, ad quem Silvestrum? Silvestros Pontifices legimus fuisse duos, quorum alter seculo IV. alter extremo decimo claruit. Jam quovis pignore contendo, nescire te, de quo demum Silvetsro loquare. De secundo, dicet Italus Interpres tuus; sed tu, cum haereres, Silvestrum nominasti, Secundum autem non item. Scias tamen, nec ne scias, non valde laboro. Hoc quaero: ubinam Silvester id scripserit, quod tute ipsi tam audacter pronuncias adscribi oportere? In epistola, inquies, ad Seguinum (1). Miror, non meminisse alterius Epistolae te (2), quam Wideroldo Episcopo Argentinensium inscriptam, novi sectarii e tenebris, animo conflandae Pontificibus Romanis invidiae, in lucem hominum protulerunt. Sed ne conturbere. Meminit hujus Tympanistes ille, qui cum tui sit

(1) Confer Baronium ad ann. num. XIV. sq. 993. num. LXXXVI. 995. 992. num. XIII. sqq. et Mabillonium num. I. Annal. Benedictin. ad ann. 991.

(2) Baron. ad an. 992. n XIII. et I.

plane similis, tum quod declinarit ab religione officii, a duce suo stipendio mutatus, ad castra transfugit Quesnellianorum. Eja nunc, loquere, quo anno Epistolas istas duas perscriptas fuisse censeas? Anno, inquies, 994. Recte sane (1). At eo anno, indeque ad annum usque 995. quisnam Romanae Ecclesiae praefuit? Joannes, inquies, quintus ac decimus. Non ergo Silvester II. Qua igitur fronte Silvestrum Epistolarum earumdem auctorem fuisse dicitis? Verum has ille, inquies, dederat ante annos ipsos quinque, quam electus fuisset Pontifex. Callide! Quid? Silvestri ne putas fuisse, quod Gerberti fuit? Nam id erat ante Pontificatum Silvestro no-

(1) Tamburinius in eo libro, quem inscripsit: *Vera idea della Santa Sede*, ediditque Ticini anno 1784. Parte II. cap. I. §. XIII. p. 192. *Scrivea, inquit, Silvestro II. Papa nella lettera a Vilderodo Vescovo.* At est id dictum ab λογεμπόρῳ fide, ut vidimus, sane mala. Quamobrem autem hac est usus tam insigni fallacia, nisi ut inde veluti gradibus ad extenuandam Romanae Sedis auctoritatem desiliret? Verum ut quisque cernit, praecipitare isthuc est, non descendere. Et is tamen sophistes, qui ex dialectico malo Theologus est factus deterior, sese impudenter jactans, ipsum se, eosque, qui secum junxere doctrinae societatem, unos omnium ingenio valere, ratiocinari probe, thelogos esse (quamvis sint revera omni hoc in disciplinae genere infantissimi) praedicat; ceteros uti bardos, ineptos, rerum omnium imperitos contemnit, atque insectatur. Neque est cur valde miremur. Nam haec Origenianorum, Pelagianorum, Sectariorum denique omnium, ut ex Hieronymi, Augustinique operibus liquet, cantilena fuit, quam hic modo nobis insussurrat: Se suosque quantos quantos sapientiam esse; veros autem catholicos somnia. Sed viderit ipse, moderatine hominis, temperantisque id sit; an duri, tumidi, confidentis?

men. Nunc, quaeso patere, te ut percunter, fuerit ne tunc Gerbertus in Sedem Apostolicam animatus bene? Immo contra, inquies, si confiteri non recuses verum. Quum enim Gerbertus in Archiepiscopatum Remensem invasisset, indeque pulsus Johannis Pontificis auctoritate fuisset; ira inflammatus, tam exulcerato in Pontificem ipsum fuit, atque in Apostolicam Sedem animo, ut non modo discidisse a Romana Ecclesia se; verum etiam descivisse a Catholico dogmate (1) videretur. Et hujus tamen Gerberti, cum ita fureret, Epistolas nobis obiicere non verere, quasi ab eo scriptae, vulgataeque post fuerint, quam et resipuisset, et sumto Silvestri nomine, rem Christianam publicam gerere coepisset? Atqui perinde hoc est, mihi crede, ac si ab S. Epiphanio Episcopo Salaminiorum non agnitum dogma de Divina Trinitate; atque ab S. Augustino Hipponensi Antistite oppugnatum fuisse vetus Testamentum diceres; rogatusque quandonam illi eo scelere se implicassent, responderes: non post susceptum Episcopatum, sed multo ante, videlicet cum alter adhuc judaismum profiteretur, alter partibus studeret Manichaeorum. Id vero quale tandem est? Ecquid minus est hominis, quam non plane perspicere, non Theologi disputantis id esse; sed sophistae insigni-

G

(1) Baronius ad ann. 992. num. XIII. sqq. et num. I. sqq.

ter delirantis? Jam vero, cum Gerbertus Pontifici, Sedique Apostolicae ita, ut animaderti, tam infestus eo tempore, tamque inimicus esset; quid mirum, si Sectariorum more, recedendum aliquando a Pontifice eodem esse, ut ab *ethnico*, et *publicano* dixerit: *perimique ab eo leges, quas mansuras in aeternum trecenti decem, et octo Patres constituerunt?* Affer tale quidquam, quod ille scripserit, postquam esse coepit saniore mente. Qua vero ratione afferri abs te speres posse, quod nusquam extet? Ego contra, qui Gerbertum aliquot annis antequam dictus Episcopus Romanus esset, emersisse demum, seseque ad frugem bonam recepisse compererim; quique certo sciam, ipsum (propterea quod egregie perfunctus fuisset apud Ravennates Archiepiscopi munere) multis fuisse, magnisque beneficiis ab Gregorio V. auctum (1); eodemque Gregorio vita functo, accessisse ad universae Ecclesiae gubernacula; ego, inquam, non ut tu, Gerberti, dum repulsae dolorem graviter, indigneque ferret, iraque incensus fureret; sed Silvestri jam navis Petri clavum tenentis Epistolas proferam, ex quibus, nisi plane sis caecus, perspicies, quam ille recte de Antistitis Romani auctoritate senserit; et quam tute sentias perverse, qui opinionem inanem tuam factu-

(1) V. Mabil. ad an. 998. n. LXVII.

rus similem veri, Gerbertum immutasti (etsi nondum Pontificem) in Silvestrum; Silvestroque ipsi fallaciter attribuisti, quod Gerbertus errans litteris consignarat. Sed attende, quid verus Silvester ferat. Ergo is ad Arnulfum Archiepiscopum Remensem scribens: „ Apostolici culminis est ..., *inquit*, lapsos erigere, et *propriis privatos gradibus* reparatae dignitatis insignibus informare, ut *Petro solvendi libera sit potestas, et Romanae gloriae ubique fulgeat dignitas*. Quapropter *tibi ... subvenire* dignum duximus, ut quia tua abdicatio Romano sensu caruit, Romanae pietatis munere credaris posse reparari. *Est enim Petro ea summa facultas, ad quam nulla mortalium aequiparari valeat felicitas... Praecipimus..., ut nullus mortalium in Synodo, aut in quacumque parte* ... crimen tibi *quoque modo opponere praesumat... Sed nostra te ubique auctoritas muniat*. (1) „ Cognosti qui sit Papa, judicio Silvestri, quam sit ejus dignitas sublimis, quamque late auctoritas pateat?

Mentitur Anonymus, dū alios Pontifices eadem sensisse, ac falsus Silvester scribit.

V. Et audes tamen (quasi mendaciter Silvestri, revera Gerberti auctoritate Pontifices Romanos de dignitate dejeceris) gloriari, multa te istiusmodi loca Paparum omittere, propterea quod consulere decreve-

(1) Epist. 1I. Tom. v1. Concilior. Par. I. p.760. ed. Paris. an. 1714 Vide etiam ejus Epist. 11I. ad Robertum Vizeliacen. Abbatem ib. p. 761. sqq.

ris brevitati. Credo equidem, ni ita decrevisses, multa tibi futura fuisse in promptu, quae pari licentia Pontificibus posses affingere; at quod Pontificibus jure tribuas, nihil te fuisse reperturum, certo scio.

A Gregorio Magno praesidium Anonymus idem petit; verum Gregorii auctoritate refellitur.

Sed muniri te posse confidis Gregorii Magni praesidio, ajentis: Episcopos omnes sibi esse aequales munere; aegreque ferentis, ornari se universalis Episcopi appellatione. Cave, quaeso, ne quis mendacia te mendaciis cumulante vincat. Vincet autem, mihi crede, si quam cepisti, eamdem pergas viam insistere. Quid? Isne aequasset sibi muneris, jurisve ratione Episcopos ceteros, isne, inquam, qui Johannem Episcopum Syracusanum alloquens (1): „ Quis „ dubitet, *inquit*, Constantinopolitanam Ecclesiam „ Apostolicae Sedi esse *subjectam*? ... tamen si „ quid boni vel ipsa, vel alia Ecclesia habet, ego „ *et minores meos*, quos ab illicitis prohibeo, in bo„ no imitari paratus sum .... (2) *Nescio quis* (*Apo„ stolicae Sedi*) *Episcopus subjectus non sit*. „ Rursum, an is, qui se in Joannem Constantinopolitanum esse animadversurum monet, si ab eo *viderit* (3) *Sedis Apostolicae Canones non servari*; aequandos sibi jurisdictione Episcopos reliquos arbitratur? Sed om-

(1) Lib. IX. Epist. XII. pag. 56. T. VIII. oper. Ed. Venetae an 1771.

(2) Ibid. Eipst. LIX. pag. 99.

(3) Lib. IV. Epist. XXXII. ad Narsem. pag. 263. T. VII. lib. I. Epist. LXXVIII. ad Leonem Episcop. Corsica p. 91. et lib. XI. Epist. VII. pag. 104.

nia Gregorii hac de re testimonia persequi, longum est. Itaque modum habebo. Hoc dicam breve: persuaderi nemini bene sano posse, comparari secum Episcopos ceteros a Gregorio ipso, cum contra liqueat, eum et *praecepisse Episcopis* (1) *ex B. Petri* Principis Apostolorum auctoritate, ut quae illis vetarat, facere non auderent *extra consensum*, permissionemque suam (2): et affirmasse, ab Synodis, etiam Patriarchalibus, si quid afferatur, quod minus placeat Apostolicae Sedi, id solvi sua ipsius auctoritate posse (3). Quod si ille Episcopi, vel Patriarchae *universalis*, seu *Oecumenici* appellationem recusavit, non eo recusavit, quo sibi curam omnium Christianorum commissam non esse; neve quo universae Ecclesiae Primatem se haberi non oportere censeret; sed quo nemo existimaret, ejus appellationis causa, praeter ipsum, aut Patriarcham, aut Episcopum esse neminem. Atque curam sibi omnium orthodoxorum a Christo esse in Petro Apostolo creditam, judicasse Gregorium; ex ea ipsa Epistola plane constat, quam ad Mauritium Imperatorem adversus Johannem Episcopum Constantinopolitanum dedit, qui Johannes sibi Episcopi Oecumenici arrogabat nomen. Nam „ cunctis, *inquit*, Evangelium scientibus liquet,

(1) Lib. IV. Epist X. p. 235. sq.

(2) Lib. V. Epist. 21. ad Constantinam Augustam pag. 304. sqq.

(3) Lib. V. Ep. XXI. pag. 304.

„ quod voce Dominica Sancto, et omnium Apostolo-
„ rum Petro Principi totius Ecclesiae cura commissa
„ est. Ipsi quippe dicitur: *Petre amas me? pasce*
„ *oves meas*. Ipsi dicitur: *Ecce Satanas expetiit cri-*
„ *brare vos sicut triticum, et ego pro te rogavi, Pe-*
„ *tre, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando con-*
„ *versus confirma fratres tuos*. Ipsi dicitur: *Tu es*
„ *Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam*
„ *meam &c.* Ecce claves Regni caelestis accepit: Po-
„ testas ei ligandi, atque solvendi tribuitur: *Cura ei*
„ *totius Ecclesiae, et principatus committitur*, ta-
„ men universalis Apostolus non vocatur. „ Et paul-
lo post: „ Certe, *inquit*, pro B. Petri Apostolo-
„ rum Principis honore, per venerandam Chalcedo-
„ nensem Synodum Romano Pontifici (illud nomen
„ Oecumenici) oblatum est &c. „. Horum sunt
similia, quae persequitur Epistolis ad Constantinam
Augustam (1), et ad Eulogium Alexandrinum (2). Nega modo, quamquam es projectus ad audendum, nega, inquam, si potes, censuisse Gregorium: in B. Petro curam sibi totius gregis, ac principatum fuisse divinitus creditum. At si quid in te moderati, ac pudentis superest, negare non potes profecto, cum tam sit ejus patens, satisque manifesta sententia. Quid? Negesne, τὰ *totius*, seu *universi* gregis curam, et principa-

(1) Ibid. Epist. xxi. pag. 304. (2) Ibid. Epist. xLIII. p. 327.

tum *oecumenici*, hoc est *universalis* per sese vim secum, atque notionem ferre? Quo tandem modo, si quod *totius*, seu *universi* est, id sit *oecumenici*? Verum cur ille, inquies, ab oecumenici titulo sibi esse temperandum duxit? Non alio certe consilio, quam, velut animadverti, ut ne solus Episcopus, aut Patriarcha solus videretur, si *Episcopum*, aut *Patriarcham Oecumenicum* appellari se sineret: „ Absit, (sic enim ille) absit a cordibus Christia- „ norum nomen istud blasphemiae, in quo omnium „ Sacerdotum honor adimitur, dum ab uno sibi de- „ menter arrogatur ... Nullus (Antistitum Roma- „ norum) hoc singularitatis nomine uti consen- „ sit, ne dum privatum aliquid daretur uni, ho- „ nore debito Sacerdotes privarentur universi „. (1) Itaque de Sacerdotio, de Episcopatu, de Patriarchatu Gregorius disserit; non de Principatu, neve de Praefectura totius Ecclesiae, quam divinitus uni Petro, atque in Petro, uni Romano Pontifici fuisse concessam testatur. Quid igitur est, quod Gregorium, etsi tecum aperto marte confligat, tamen (ob recusatam *Episcopi universalis* appellationem) pro te pugnare vociferere?

Ad Bernardum confugit Anonymus, a quo tamen aperte dissidet.

VI. Descendis ad Bernardum. Sed quae malum! tua ista est tam praeceps descensio? At audes tamen

(1) Epist. xx. lib. v. pag. 302.

nardo te in tutelam, defensionemque committere. Qua spe, obsecro? Recusabit ille id onus, mihi crede, summamque, dicet, sibi abs te conflari injuriam. Facito periculum. Introspice in ejus opera, pervestiga, quidquam ne sit, in quo locare possis opinionis tuae praesidium. Decernit, inquis, *Ecclesiam Romanam matrem esse aliarum Ecclesiarum, non autem illarum gubernatricem*. Ubinam id reperisti a Bernardo scriptum? Respondes fidenter more tuo: *In quinto ad Eugenium de Consideratione libro*. At in eo libro nihil est simile. Quartum te indicare voluisse dices. Patiar. Verum non ita, uti tu, ille; sed longe aliter. Nam τὸ *non illarum gubernatricem* in eo libro non apparet. In eo autem? immo vero ne in quovis quidem alio. Quid? si apparet contrarium? Scilicet agere te calumnia Bernardus, si nobiscum viveret, quereretur. Non enim probasse umquam se, immo detestatum semper fuisse haereticum dogma diceret, quod expugnatum vi traditionis, ad extremum Synodi Florentinae (1) definitione damnatum est. Sed age conferamus quae a Bernardo litteris mandata revera fuere, quaeque ipsi abs te sunt attributa, ut esse cuique exploratum pos-

(1) Decret. Union. Tom. IX. concilior. pag. 423. Edit. Paris. an. 1714. Et ipsi Romano Pontifici in B. Petro pascendi, regendi, ac *gubernandi universalem Ecclesiam* a D.N. J. Christo potestatem plenam traditam esse: καὶ κυβερνᾶν τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ πλήρη ἐξουσίαν παραδεδόσθαι.

sit, quibus tu fallaciis, fucis, dolis, circumvenire curaveris cives tuos.

Tua haec sunt *Anonyme.*	*Haec contra S. Bernardi.*
„ Considera solum (1) (Eugeni) „ Sanctam Romanam Ecclesiam, „ quam tu divina „ dispositione gubernas, esse matrem aliarum Ecclesiarum, non „ autem earum gubernatricem (2).	*Considera* ANTE OMNIA *Sanctam Romanam Ecclesiam, cui Deo auctore praees, Ecclesiarum matrem esse, non Dominam; te vero non Dominum Episcoporum, sed unum ex ipsis, porro fratrem diligentium Deum. Ceterum oportere te esse...* ASSERTOREM VERITATIS, DOCTOREM GENTIUM, CHRISTIANORUM DUCEM, CLERI OR-

(1) SOLUM? Bernardus habet ANTE OMNIA. An Tò *ante omnia*, quod est *primum omnium*, eodem recidit, ac Tò *solum?* Quis hoc dicat, etiam non admodum peritus latinae linguae? At adversarius Tò *ante omnia* in *solum* vertit. Jam id erat ad ejus gloriam reliqui, ut multis, iisdemque magnis argumentis non modo quantum in re historica, canonica, theologica valeat; sed etiam, quam sit latine doctus, ostenderet.

(2) Ita quidem gallice reddidit is, quo usi sumus opusculi germanici ab adversario perscripti interprete *et non pas leur gouvernatrice.* Sunt qui italice verterint, *non dominatrice.* Bernardus scripsit: *non dominam*; hoc est, non quae herilem in modum ceteris, uti servis, imperet. Nam de Primatu Romanae Ecclesiae, dignitate, potestate, quam egregie S. Doctor senserit, cum ex aliis ejus locis, tum maxime ex eo ipso, quod adversarius indicat, capite intelligi plane potest. At haec novus noster Historicus, Canonista, Theologus supprimenda duxit more, fideque eorum, qui lumina se fundere jactant, hujusce aetatis tenebrionum.

Anonym.

„ Non eſſe te sũ-
„ mum Principem
„ (1) Episcoporũ,
„ ſed eorum coe-
„ piscopum , fra-
„ trem omniũ a-
„ mantium Deum,
„ et ſocium om-
„ nium timentium
„ Dominum . „

Quae mox addis, accepiſſe te, mones, ex operis ejuſdem de Conſideratione l. I I. c. v I I. cum tamen ſcribere debuiſſes, *ex* capite v I. Sed est id erratum leve. Graviora quæ ſint, post expendero. Sic autem addis: „Pe-
„ trus tibi non le-
„ gavit, niſi quod

Bernard.

DINATOREM ... PASTOREM PLEBIUM, ULTOREM SCELERUM, MALORUM METUM, BONORUM GLORIAM, VIRGAM POTENTIUM, MALLEUM TYRANNORUM, REGUM PATREM, LEGUM MODERATOREM, CANONUM DISPENSATOREM, SACERDOTEM ALTISSIMI, VICARIUM CHRISTI, CHRISTUM DOMINI, DEUM PHARAONIS. *Intellige quae dico. Dabit tibi Dominus intellectum. Ubi malitiae juncta potentia eſt,* ALIQUID TIBI SUPRA HOMINEM PRAESUMENDUM. *Vultus tuus ſuper facientes mala Timeat ſpiritum irae tuae, qui hominem non veretur.* „

Lib. I I. Conſid. Cap. v I I I. „ *Age indagemus adhuc diligentius, quis ſis*, (Eugeni), *quam geras videlicet pro tempo-*

(1) Sic enim gallicum *Souvrain* reddendum latine cenſeo.

Anonym.	*Bernard.*
„ habebat , idest	*re personam in Ecclesia Dei* . SA-
„ curam Ecclesiae	CERDOS MAGNUS,SUMMUS
„ sed non de-	PONTIFEX . TU PRINCEPS
„ dit pariter Do-	EPISCOPORUM , TU HAE-
„ minatum . Au-	RES APOSTOLORUM , TU
„ di , quod ille	PRIMATU ABEL , GUBER-
„ idem ait : non ut	NATIONE NOE , PATRIAR-
„ summus Prince-	CHATU ABRAHAM ... AU-
„ ps haereditatis	CTORITATE MOYSES, JUDI-
„ Dei ; sed ut for-	CATU SAMUEL,POTESTATE
„ ma sincera nos-	PETRUS , UNCTIONE CHRI-
„ tri gregis . At-	STUS ... TU ES, CUI CLAVES
„ que ut non pu-	TRADITAE, CUI OVES CRE-
„ tes , humilitate	DITAE SUNT . SUNT QUI-
„ haec ab eo fuis-	DEM ET ALII CAELI JANI-
„ se scripta, et non	TORES , ET GREGUM PA-
„ secundum veri-	STORES ; SED TU TANTO
„ tatem ; audi	GLORIOSIUS , QUANTO ET
„ vocem Domini	DIFFERENTIUS UTRUMQUE
„ in Evangelio:Re-	(1) PRAE CETERIS NOMEN

(1) Annon haec funditus evertunt eam , quam tu Anonyme , persuadere civibus tuis conare, Pontificia Romani cum Episcopis ceteris paritatem ? Sed haec ipsa tute premenda silentio putasti. Nimis inverecunde id quidem . Tua enim sic esse videtur ratio, quidvis ut audeas , modo tuis civibus imponas : quasi vero isti tam inertes sint, ut ipsi per se Bernardum consulere nolint ; aut tam stupidi , ut tenebras rebus clarissimis obduci patiantur .

Anonym.

„ ges gentium, dicit, dominantur super illos, et qui habent auctoritatem super illos, haberi solent benefactores, et adjungit: vobis autem sic esse non debet. Est proinde clarum; et dominatio est Apostolis interdicta. Abi igitur, et attribue tibi aut in dominando Apostolatum; aut in tuendo loco Apostoli dominatum. Si tu vis habere haec duo

Bernard.

HAEREDITASTI. HABENT ILLI SIBI DESIGNATOS GREGES, SINGULI SINGULOS. TIBI UNIVERSI CREDITI, UNI UNUS; NEC MODO OVIUM, SED ET PASTORUM (1) TU UNUS OMNIUM PASTOR. Unde id probem quaeris? *Ex verbo Domini*. CUI ENIM NON DICO EPISCOPORUM, SED ETIAM APOSTOLORUM SIC ABSOLUTE, ET INDISCRETE TOTAE COMMISSAE SUNT OVES? Si me amas, Petre, pasce oves meas. QUAS? ILLIUS, VEL ILLIUS POPULI CIVITATIS, AUT REGIONIS, AUT CERTI REGNI? Oves meas, INQUIT. CUI NON PLANUM, NON DESIGNASSE ALIQUAS, SED ASSIGNASSE

(1) Revoca huc animum, quaeso te, cogitationemque sobrii hominis punctum temporis suscipe. Confitere, non modo rebus omnibus non esse aequandum ceteris Episcopis Romanum, teste Bernardo; sed etiam dignitate, principatu, auctoritate, potestate judicandi multo esse ipsis superiorem.

Digitized by Google

Anonym.	*Bernard.*
„ simul,utrumque „ perdes(1).Neque „ vero assumas ti-	OMNES? NIHIL EXCIPITUR, UBI DISTINGUITUR NIHIL: *Et forte praesentes ceteri Con-*

(1) Quae sequuntur, accepit, ut supra monui, adversarius ex lib. II. de Considerat. cap. VI. Sed Bernardi eo in capite sententia est hujusmodi: „ *Paternam tibi* (Eugeni) *vindica haereditatem. Nam si filius, et haeres Ut probes haeredem, evigila ad curam. Quod habuit Petrus, hoc dedit, sollicitudinem* (ut dixi) *super Ecclesias s Numquid dominationem? Audi ipsum*: non dominantes, *ait*, in ciero, sed forma facti gregis. *Et ne dictum sola humilitate putes, non etiam veritate, vox Domini est in Evangelio*: Reges Gentium dominantur eorum,et qui potestatem habent super eos, benefici vocantur; vos autem non sic *Planum est. Apostolis interdicitur dominatus. I ergo nunc, et tibi usurpare aude ut dominans Apostolatum, aut Apostolicus dominatum. Plane ab alterutro probiberis. Si utrumque similiter habere voles, perdes utrumque. Alioquin non te exceptum illorum numero putes, de quibus queritur Deus sic . . .* Ipsi regnaverunt, et non ex me: principes extiterunt, et non cognovi eos. *Jam si regnare juvat, babes gloriam; sed non apud Deum*. Ceterum eodem cap. VI. postquam Bernardus Engenio commendavit humilitatem; eique in memoriam revocavit, non esse ipsum dominum gregis, sed ministrum Christi Domini, tum; „ glorifica, *inquit*, manum, „ et brachium dexterum in faciendo „ VINDICTAM IN NATIONI- „ BUS, INCREPATIONES IN „ POPULIS. Si haec facis, hono- „ rificas ministerium tuum, et mi- „ nistrum te (ostendis) ... NON „ MEDIOCRIS ISTE PRINCIPA- „ TUS. Exturbare est hoc malas „ bestias a terminis tuis, quo gre- „ ges tui securi in pascua educantur. „ Domabis lupos, sed ovibus non „ dominaberis. Pascendas utique, „ non premendas suscepisti „. At haec abs te, Anonyme, praetermissa sunt, quae certe perinde ac superiora, paritatatem illam,quam tute somniasti, labefactant, et praeterea demonstrant, quid illud sit *dominari*, quod concessum non est Pontifici, ex Bernardi sententia nempe, insontes, bonosque, seu oves audientes Pastoris vocem opprimere, quod non Apostolorum est, sed proprium tyrannorum, quales gentium Reges plures fuisse liquet.

Anonym.

„ bi, licet, excep-
„ tum esse te ex
„ eorum numero,
„ de quibus queri-
„ ritur (dicens)
„ regnaverunt, sed
„ nõ per me; prin-
„ cipes extiterunt,
„ et non cognovi
„ eos. Si est utile
„ regnare sine Deo,
„ habebis gloriam,
„ sed non apud
„ Deum.

Bernard.

discipuli erant, *cum committens uni*, unitatem omnibus commendaret in uno grege, et uno pastore secundum illud : Una est columba mea etc. Inde est, quod alii singuli singulas sortiti sunt plebes . . . Ergo juxta canones tuos, alii in partem sollicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es. Aliorum potestas certis arctatur limitibus; tua extenditur in ipsos, qui potestatem super alios acceperunt. Nonne si causa extiterit, tu Episcopo caelum claudere, tu ipsum ab Episcopatu deponere, etiam et tradere satanae potes ? Stat ergo inconcussum privilegium tuum tam in datis clavibus, quam in ovibus commendatis : Signum singularis Pontificii Petri, per quod non navem unam, sed seculum ipsum susceperit gu-

Jam vero ista fide cum agas praetermittendi, quae tibi contraria esse cernas, quotumquemque futurum speras, qui tibi assentiatur ?

Anonym. *Bernard.*

bernandum. Mare enim seculum est, naves Ecclesiae. Inde est quod altera vice instar Domini gradiens aquas, unicum se Christi Vicarium designavit, qui non uni populo, sed cunctis praeesse deberet. Si quidem *aquae multae*, *populi multi*. Ita cum qujsque ceterorum habet suam, tibi una commissa est grandissima navis facta ex omnibus, ipsa universalis Ecclesia toto orbe diffusa.

Quid ais? Jam tui patent doli, Anonyme, nullus ut tibi tergiversandi supersit locus. Si tibi ulla est cura sempiternae salutis tuae, age, obsecro, fatere peccasse graviter te, quod et scriptores male in Ecclesiam animatos, subdolos, mendaces sequutus sis, et inde elaboraris ut fraudi aliis esse posses. Hortare Cives tuos, ut ne iis, quae tuo libello complexus es, circumveniri se, ac decipi patiantur. Fac noverint, Bernardi loca abs te adduci detruncata, multis suis partibus diminuta, hiulca, vitiata: Nusquam ab eo Doctore dictum, scriptumve fuisse, Romanam Ecclesiam non esse reliquarum *gubernatricem*; immo ejus testimonio perspicue constare, Pontificem Ro-

manum *gubernatu* adeo valere, ut illius, non unius urbis, regionisve contineatur, sed ubique gentium latissime pateat auctoritas : Velle quidem Bernardum, ut ne superbia Pontifex efferatur, neque dominum se cogitet Episcoporum ; sed et meminerit, curam sibi gregis esse divinitus creditam, non datam dominationem illam, qua premere possit oves, quas pascendas susceperit : Cogitet enim, ministrum se esse Christi, qui non gentium reges tyrannicum in modum populos sibi subjectos prementes ; sed eum imitari debeat, *qui venit ministrare, non ministrari* : Id, inquam, Bernardum velle; verum a Bernardo ipso hanc pontificiae dignitatis, potestatisque notionem dari : esse Papam *formam justitiae, doctorem gentium, christianorum ducem, cleri ordinatorem, pastorem plebium, ultorem scelerum, malorum metum, virgam potentium, regum patrem, legum moderatorem, canonum dispensatorem, Vicarium Christi, sollicitudinem omnium Ecclesiarum ferentem ; manu, brachioque instructum ad faciendam vindictam in nationibus, principatu* potitum, *quo exturbare malas bestias, luposque a terminis suis* jure suo queat, *Sacerdotem magnum, summum Pontificem, Principem Episcoporum, Gubernatu Noemum, potestate Petrum, cui claves caeli datae, creditaeque oves sint, non ut aliis gregum pastoribus, qui singulos singuli greges habent; sed universi Pastorem summum, unum*

omnium in plenitudine potestatis; *praeditum potestate, quae extendatur etiam in eos, qui potestatem super alios acceperunt*; qua quidem potestate sua possit, *si causa extiterit*, *Episcopis caelum claudere*, *ipsosque ab Episcopatu deponere*; *gubernatorem grandissimae navis factae ex omnibus*, seu universae Ecclesiae etc. Desine igitur Bernardo auctore, ac duce mendaciter gloriari; civibusque tuis denuncia, longe aliter eum, quam tu putaris, sensisse; hortareque ipsos, ut non e corruptis, mancisve, quae tu attulisti, sed ex genuinis illius, integris, incorruptis, quae nos accurate descripsimus, locis ediscant, qui, qualisque sit Papa.

Negat Anonymus Romanum Pontificem caput Ecclesiae, eſſe cũ capite humani corporis cõferendum; ſed quam vehementer erret, demonſtratur.

VII. Quin etiam mone cives ipsos tuos, ut hinc, non ex vitiatis abs te Bernardi locis, intelligant, qua ratione Pontifex Romanus *caput* Ecclesiae sit appellandus. Atqui Pontificis, inquis, *cum humani corporis capite comparatio* locum heic habere non potest. Primum cur? An est quidquam iisdem in locis Bernardi, quod repugnet? Nihil profecto. Immo vero cum S. Doctor, Papam principem esse Episcoporum, gubernatoremque universae Ecclesiae statuat, plena instructum potestate, qua omnes Christianos regat, ac moderetur; satis indicat, caput ipsum esse, cujus sint Christiani habendi membrorum loco. Deinde tamne imperitum rerum fuisse Bernardum existimas, ut ignorarit, quae Patrum hac de re fuerit doctrina; aut tam levem, tamque studiosum novitatis, ut ab eadem doctrina sibi esse rece-

dendum arbitraretur? Numquam herclè credam, ita oppressum esse stupore te, ut alterutrum tibi persuaderi patiare. Quid igitur, an Patres Sardicenses, an Athanasius, (1) Optatus, Hieronymus, Anastasius, Avitus, ceteri denique, quos numerare non vacat, nec vero est opus ? an Synodus Chalcedonensis, et ante hanc Ephesina? an ceteræ de capite Ecclesiae Romano Pontifice sic egerunt, quin considerarint, comparandum id caput esse cum capite corporis humani? At si non considerarunt, cur membrorum, dum eo de capite disseverent, meminerunt ? Scilicet in (Ephesina actione II. pag. 1471.) repugnante nemine, haec fuere ab Legato Sedis Apostolicae pronunciata : ,, Sanctas vestras voces τὰ ἅγια μέλη τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ συνηνώκατε ,, *sancta membra sancto capiti conjunxistis* = Non

(1) Vide quae de S. Petro scribit Athanas. in Psalm xv. v. 8. p. 82. Tom. II. collect. veter Patrum Edit. Paris. Montfauconi an 1716. quaeque de Rom Pont. animadverterunt S. Optatus lib. II. contra Donatist. cap. II. pag 31. Edit. Antuerp. an. 1702. Concil. Sardic. in Synodica ad Julium Papam an. 347.. T. I. Concil. Edit. Paris. an 1714. pag. 654. S. Hieronym. l. I adversus Jovinian. p. 168. Tom. IV. oper. Edit. Paris Martianaei, S. Anastasius I. Papa Ep. II. ad Johan. Hierosolymit. n. 5. p. 728. Tom. I. Epistolar. Rom. Pontif. Ed. Paris. an. 1721., ubi ,, mihi certe; ,, *inquit*, cura non deerit Evangelii ,, fidem circa meos custodire populos, partesque corporis mei per ,, spatia diversa terrarum, quantum ,, possum, litteris convenire, ne qua ,, profanae interpretationis origo subrepat ,,. Episcopi Moesiae secundae in Synodica ad Leonem Imperatorem. Cod. Encycl. num. xII. T. II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. p 710. Avitus Viennensis Epist ad Senatores Urbis Tom. II. Concilior. pag. 98.

„ ignorat vestra Beatitudo, *ὅτι ἡ κεφαλὴ τῆς πίστεως, „ καὶ τῶν ἀποστόλων ὁ μακάριος Πέτρος*, *quod caput „ fidei, et Apostolorum* (est) *Beatus Petrus* „. Quem porro fugiat, Patrum Concilii Chalcedonensis in Epistola Synodica ad S. Leonem, hanc unam omnium fuisse vocem? „ Quibus (episcopis coactis in Syno„ dum) *ὡς κεφαλὴ μελῶν ἡγεμόνευες*, *ut caput mem„ bris principabaris*. „ Responde nunc jam. Is qui Pontificem caput, Episcopos autem, Christianosque ceteros membra vocat, tamne loquitur inconsiderate, ut judicio tuo, ne cogitet quidem, quo cum corpore instituatur ab se Ecclesiae comparatio; quam quidem Ecclesiam cum *corpore oculis*, *manibus etc.* instructo, non modo discipulus Apostolorum Clemens; (1) sed Apostolus etiam Paullus (2), idemque Gentium Doctor conferunt? Ita vero si judicas, non prospicis, qui sit risus hominum de te futurus, cum tam absurda defendere conere?

At sublato capite, inquis, *corpus interit*, *cum spiritus vitales dimanent ex capite*. Philosophe! Tune *capitis* appellationem ei, qui principatum teneat, denegandam statues, propterea quod *animales spiritus* ex eo in membra reipublicae non deriventur? Urgebunt

(1) Epist. ad Corinth. I. n. xxxvII. sq. pag. 27. T. I. Epistolar. Rom. Pontif. Edit. an. 1721.

(2) Epist. I. ad Corinth. cap. xII. v. 6. 18. Vide Chrysost. Homil. xxxI. in Epist. I. ad Corinth. num. I. p. 277. Tom. x. Edit. Paris. an. 1732.

te, mihi crede, greges non grammaticorum solum; (1) sed etiam philosophorum jam ab illo fonte, et capite Socrate, convincentque ista effutientem fallaciae, ac ineptiarum. Sed Princeps, inquies, etsi non *spiritus vitales*; at instar *vitalium spirituum* tamen, metum, cautionem, spem commovet, cura, vigilantia, institutis, legibus, severitate disciplinae, pollicitatione denique praemiorum, sicque saluti est, ac veluti vitae publicae. Assentior. Verum qua tu fiducia fretus neges, hortatu, vigilantia, sollicitudine, decretis, statutis tale quidpiam in rem Ecclesiasticam publicam derivari, (2) doceri omnes, confirmari

(1) Hi caput appellari posse, ajunt, eum, qui praecipuas in re quaque partes obtinet, sicut in corpore praecipuas partes sustinet caput. Auctores autem sequuntur Plautum in Curcul. Act. II. Sc. I. v. 19. Terent. in Adelph. Act. III. Sc. II. v. 29. Cicer. I. de Orator. cap. X.

(2) Confer Synodorum, Patrumque loca, quae supra descripsimus. S. Damasus Epist XIV. ad Orientales Tom. I. Epistolar. Rom. Pontif. edit. Paris. an. 1721. num. I. p. 371. de Petro, deque se Petri Successore, tenente Clavum Ecclesiae, docenteque agit. Huic mirifice consentiunt Siricius Epist. ad Himer. Tarrac. n. 1. ib. p. 624. De Anastasio supra vidimus. Synodi Carthaginensis ann. 416. habitae Patres in Epist. Synod. pagin. 869. adhiberi statutis suis *auctoritatem Apostolicae Sedis* postulant. Synodus etiam Milevitana an. ejusd. in Synodicis litteris num. 2. ibid. p. 894. Innocentium I. rogat, ut *magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastoralem diligentiam adhibere dignetur*. Innocentius I. Epist. XXXIX. ad Synod. Carthag. n. I. ibid. pag. 889. divina a Patribus decretum esse sententia, testatur, ut quidquid, quamvis de disjunctis, remotisque provinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad hujus (Apostolicae) Sedis notitiam perveniret, ut tota hujus auctoritate justa quae fuerit pronunciatio, firmaretur, indeqne sumerent ceterae Ecclesiae (veluti de natali suo

bonos, malos reduci ad frugem, omnes in officio contineri, servari, denique salutarem christianorum inter christianos consociationem per eum, cui propterea traditae divinitus claves regni caelorum sunt, et concessa ligandi, atque solvendi potestas,

„ fonte aquae cunctae procederent, „ et per diversas totius mundi regiones „ puri latices capitis incorrupti manarent) quid praecipere... quos veluti coeno inemundabili sordidatos, „ mundis digna corporibus unda „ mundaret „ . Vide praeterea Ep. Synodicam Episcoporum Europae ad Leonem Imperatorem an. 457. scriptam Cod. Encycl. n. vII. T. xI. concilior. pag. 705. Edit. Paris. an. 1714., et Moesiae secundae num. xII. p. 720. et Ascanii, aliorumque Episcoporum Provinciae Tarraconensis ad Hilarum Papam an. cir. 464. Ibid. p. 787. Praetereo Simplicii, Felicis, Gelasii, Anastasii, Symmachi, Hormisdae Pontificum testimonia, ne multus sim. Interea coferri volo libellum fidei Johan. Episcopi Constantinopolitani ad Hormisdam Tom. eodem xI. concilior. pag. 1017. Relationem Archimandritar. Syriae secundae ad Hormisdam ibid. p. 1031. ubi rogant Pontificem, ut *auctoritatis suae baculo* expellat cupidos novandi *e medio ovium; verbo autem* doctrinae sanet animos etc. Epistolam Possessoris Episcopi Afri ad eumdem ibid. p. 1037. ubi „: Decet, „ *inquit*, et expedit AD CAPITIS „ recurrere medicamentum, QUO„ TIES AGITUR DE SANITA„ TE MEMBRORUM. Quis enim „ unquam circa subjectos sollicitudi„ nem gerit, aut a quo magis est „ nutantis fidei stabilitas expectan„ da, quam ab ejus sedis praesule, „ cujus primus a Christo rector au„ divit: *Tu es Petrus etc.* „ Stephani Larissensis Metropolitae Epist. ad Bonifac. II. an. 531. ibid. pag. 1111. sq. Libellum Episcopor. Orientis in Act. Synodi Constantinopolitanae sub Menna ibid. pag. 1218. sqq., atque, ut modum faciam, Epistolam trium Synodor. Africae ad Theodorum Papam, quae an. 649. lecta fuit in Synodo Lateranen. sub Martino I. Action. II. T. xII. concilior. pag. 734., quo loco *nullum ambigere posse*, dicitur, *magnum et indeficientem fontem omnibus Christianis fluenta redundantem apud Apostolicam Sedem consistere*.

impositumque onus pascendorum agnorum, atque ovium, fratrumque in fide confirmandorum?

Quorsum autem illud spectat, quod scribis: *sublato capite corpus* interire? An sublato, si fieri posset, *pastore visibili*, gregem Christi censes superfuturum? Sed cujusmodi idem grex esset, si talis esse recusaret, qualem ipsum Christus instituit? Jam vero Christus eum voluit universum uni subesse summo *visibili* pastori Petro (1), atque hujus, ejusdemque deinceps successorum audire vocem, ut, centro, radice unitatis, *capite* constituto, schismatis tolleretur occasio. Non ergo grex esset, seu Ecclesia Christi, id si facere recusaret; cum talem se, qualem Christus instituit, non exhiberet. Ac videmus nos quidem, singulares Ecclesias, quae se ab centro unitatis, et capite *visibili* Pontifice Romano sejunxerint, non pertinere ad ovile Christi, sed synagogas et videri, et esse satanae.

Rursum Synodum Basileensem testē

At enim instas, scripsisse Eugenio Basileenses, non

(1) S. Cyprianus lib. de unit. Eccl. pag. 108. Edit. Oxon. an. 1682. post ubi Petrum accepisse potestatem pascendarum ovium animadvertit, tum: „ Exordium, *inquit*, ab „ unitate proficiscitur, ut Ecclesia „ una monstretur. Hanc Ecclesiae „ unitatem qui non tenet, TE„ NERE SE FIDEM CREDIT? „ Unitas servatur IN ORIGINE... „ UNUM CAPUT EST, ET „ ORIGO UNA, ET UNA MA„ TER FAECUNDITATIS SUC„ CESSIBUS COPIOSA „. Adeundi praeterea sunt S. Optatus lib. II. cap. II., et S. Hieronymus, cujus loca attulimus supra Epist. I. num. VI. pag. 12. sqq. et cetera monumenta, quæ adduximus num. XII. XIII. sqq. pag. 35. sqq.

debere corpus Ecclesiae comparari aliis corporibus civitatum, et universitatum, quia im medio hujus corporis est Christus, qui ipsum regit, ne erret.

citat opinionis suae. Etsi nihil nos ejus Synodi moveat auctoritas, eum tamen et dolo magno, et impudentia non minore citat.

Verum huius ego Synodi auctoritate non moveor. Scio quid de ipsa judicarint non Eugenius modo Pontifex, (1) sed Æneas etiam Silvius Piccolomineus, (2)

(1) Quid Eugenius IV. cum a vi solutus, ac liber esset, de Synodo Basileensi scripserit, ex ejus litteris cognosces, quas ad Archiepiscopum Coloniensem dedit an. 1431. T. VIII. concilior. pag. 1572. atque ex ceteris, quae sequuntur.

(2) Æneas Silvius Piccolomineus, sive Pius II. P. M. in ea *Retractatione*, quam ad *Colonienses* dedit *pag.* 1454. Tom. IX. Concilior. Edit. Paris. ann. 1714. : „ Forte, „ *inquit*, per id tempus (quo Æneas „ in aula versabatur Imperatoris, „ dubitareque de Basileensium con„ ventu coeperat) Julianus S. An„ geli Cardinalis .... Flavianum „ venit, quae hodie Vienna dici„ tur, ... Saepe cum eo sermo„ nem ... miscuimus, saepe de rebus „ Basileensibus disputavimus.. Extol„ lebamus Generalis Concilii aucto„ ritatem; ille Apostolicae Sedis „ potestatem magnopere collauda„ bat. Dicebamus, Concilium Ba„ sileense jure perseverasse, quam„ vis Eugenius praesidentes revocas„ set... Ille dissolutum, seu trans„ latum rite Concilium affirmabat, „ et Basileensium opera multis mo„ dis detestabatur, Basileaeque non „ Synodum Ecclesiae, sed SATA„ NAE, ET MINISTRORUM „ EJUS SYNAGOGAM remansi„ se dicebat .... Ad extremum „ cum suis scriptis, dictisque Car„ dinalem vinceremus ... subridens „ ille ... praesumpsi de me ipso, *in„ quit*, dum essem Basileae, ni„ mis; quamvis deceptus decepi, „ et credens prodesse, nocui. In „ medio Ecclesiae docens, quae non „ didici, caecus erravi, et in tene„ bris ambulavi: reliqui tandem EC„ CLESIAM MALIGNANTIUM „ ET CUM IMPIIS SEDERE „ RECUSAVI ... Cognovi priorem „ errorem, et quantum a vero pro„ cul abiissent Basileenses, plane „ intellexi. Adii Romanam cu„ riam, et Eugenio, cui fuissem „ rebellis, submisi cervicem ... Co„ gnito in errore non perseveravi; „ sed mox in viam redii ... ad fontem „ veri perveni, quem Sancti Do„ ctores ostendunt Graeci, et Lati-

qui Synodo eidem imprudens ante adhaeserat, atque Cardinalis Julianus Caesarinius, qui caput fuerat in ea schismaticorum. Itaque non curo, quid illa statuerit. Quod traditum a Patribus est, id vero vehementer sequor. Esto tamen, sit eadem illa habenda tanti, quanti tu ipsam pendendam censes; verum quid in ejus Actis, quibus tute abutere, est, quod sit sententiae tuae simile? Nihil in iis cernitur, quod indicet, *sublato Pontifice*, seu *visibili capite*, consistere Ecclesiam posse; nihil, quod Episcopum Romanum ostendat, esse reliquis Episcopis rebus omnibus parem; nihil quod Pontificis ejusdem in omnes Ecclesias jurisdictioni officiat; nihil denique, quod ceteris portentis respondeat doctrinae Hussiticae, planeque Lutheranae tuae. Immo vero (1) principatum illa, seu primatum

„ ni, quorum una vox est: salvari „ non posse, qui Sanctae Romanae Ecclesiae non tenet unitatem; „ omnesque illas virtutes mancas „ esse ei, qui Summo Pontifici „ obedire recusat etc. „ Confer cetera quae refert Mamachius Tom. I Epistolar ad Febron. pag. 238. sqq.

(1 Vide T. VIII. Concil. Ed. Paris an. 1714 pag. 1323. quo loco Synodalis illa responsio exhibetur, ad quam Adversarius provocat; quaeque praeter ea, quae ipse affert, haec item continet: „Episcopus Tarentinus late explicat jurisdictionem, et „ potestatem Summi Pontificis, quod „ caput sit, et primas Ecclesiae, Vicarius Christi, et a Christo, non „ ab hominibus, vel Synodis aliis „ praelatus, et Pastor christianorum, et ei datae sunt a Domino „ claves, et uni dictum est: *Tu es Petrus etc.* et solus in plenitudinem potestatis vocatus sit, „ alii in partem sollicitudinis, et „ multa hujusmodi, quae cum vulgatissima sint, minime necessarium erat recensere. ISTA PLANE FATEMUR, ET CREDIMUS, OPERAMQUE IN HOC

Pontificis Romani agnoscit, et confitetur: Potestate ipsum potiri in Ecclesia cuncti terrarum orbis affirmat: Unitatem in eo catholici nominis praedicat: servatuque necessariam ad salutem consequendam docet: (1) Nihil denique tam se horrere testatur, quam schisma in corpore. Praefert se se illa Pontifici, non nego, at simul aversatur christianos, qui *ab obedientia Petri nituntur sese subducere*. (2) Quin etiam ecclesiam, ait, potestatem obtinere, quae indicetur clavibus, quae primum uni fuerint Petro datae, unitatis designandae gratia. (3) Quid haec? Annon commune Dogma confirmant Orthodoxorum; evertunt autem novum, et inane, plenumque erroris tuum? Jam vero Synodus ipsa, eo, quem tute vexas loco, non aliud pergit dicere, quam unitatis Ecclesiasticae principatum, jurisdictionem, imperium multo esse praestantius unitate Regni, civilisque Imperii; quare corpus Ecclesiae comparari corporibus politicis non oportere. Quam ob rem autem? An quia Pontifex potestate in Ecclesia universa, et principatus jurisdictione careat? Nihil minus. Cur igitur? Quia nempe *in medio hujusce corporis* (Ecclesiae) *est Christus, qui ipsam regit, ne erret*;

„ S. CONCILIO DARE INTEN-
„ DIMUS, UT OMNES EAM-
„ DEM SENTENTIAM CRE-
„ DANT, Confer etiam pag. 1322.

(1) Ibid. p. 1328. (2) Ib. p. 1328.
(3) Ibid. pag. 1327.

politica autem corpora humanis, et variis voluntatibus gubernantur.

Haec cum ita sint, quae te vertigo transversum agit, ut eo Synodi Basileensis loco putes, deiici de auctoritate, de dignitate, de gradu Pontificem Romanum; *capitisque* (comparate ad humanum corpus) appellatione diminui oportere; cum tamen eodem in loco hujuscemodi rerum ne vestigium quidem extet? Sed modo tu in invidiam Apostolicam Sedem voces, in eamque odium concites civium tuorum, non aeque curas, ad remne pertineant, an secus, quae ex monumentis Ecclesiasticis expiscare. At Ecclesia non est, inquis, animata a Petro, sed a Christo. Non agimus, mi homo, de operatione, virtute, inspiratione, *animatione*, quae sub aspectum non cadit, quaeque propria omnino Christi est, capitis certe *absoluti* Ecclesiae. De capite aspectabili, eoque ministeriali, cui a Christo ipso partes sint creditae regendae Ecclesiae, omnis nostra est controversia. Age nunc, aude inficiari, si potis es, talem esse Pontificem Romanum, Basileensis Conventus sententia. Non audebis certe, ni tam sis audax, ut ajas etiam, solem meridie non lucere.

Implicat, pervertitque Anonymus significationē Verborum Concilii, indeque non minus per-

VIII. Nunc abs te postulo, quid concludas? *Papa igitur*, inquis, *non est caput dominans*; sed caput, quod *ad unionis conservationem confert, quodque vim suam, ac sustentationem habet a totius Ecclesiae corpore.*

Quaero primum, quid intelligas *summi capitis dominantis* vocabulis? Nam si *dominans* caput illud vocas, quod alios premat servitute; nemo erit Orthodoxus, qui etsi non videat, quemadmodum id sit ex loco illo Basileensis Synodi consequens; non tamen ultro confiteatur, Papam isto sensu, non esse caput Ecclesiae. Sin *dominans*, *et absolutum Caput*, non ministeriale intelligis, idemque sub aspectum cadens; jam quisque catholicus ne hoc quidem sensu, Pontificem caput esse dominans concedet, etiamsi non cernat, quam id sit bene abs te conclusum ex illo ipso Basileensis Conventus loco. Quod si *summum dominans caput* illud vis esse, quod visibile sit, ministeriale, primatum, secundum Christum, in Ecclesia universa gerens, potestateque pascendorum, regendorum, gubernandorum christianorum omnium a Christo ipso instructum; hac ratione, qua tu fronte inficiabere, Papam esse dominans Ecclesiae caput, idque sequi ex sententia Concilii Basileensis; cum ista jactanti tibi (ut hactenus demonstratum est) et concilium idem, et traditio, et Evangelium apertissime refragentur? Quid, si tecum ipse confligas? Nam qui hactenus Pontificem rebus omnibus aequalem ceteris Episcopis feceris; nunc caput ipsum esse ceterorum fatere; quo quid dici potest pugnantius? Age vero quod de Capite Papae affirmas, vim suam, sustentationemque a corpore totius Ecclesiae trahen-

verse concludit, neque minus implicate argumenti sententiam.

te, quale tandem est? Annon (ut Evangelia, traditioque vetus, perpetua, constans, divina postulant) Synodus Basileensis credere se profitetur: *jurisdictionem, et potestatem Summi Pontificis, et capitis rationem, ac primatum Ecclesiae a Christo, non ab hominibus, et Synodis*, hoc est ab Ecclesia manare, qui servator Christus *claves ei dederit, vocaritque ipsum in plenitudinem potestatis*? Quid igitur est, cur tu non modo contrarium tueare; verum etiam esse pugnes ex Basileensis ejusdem Concilii doctrina consequens, *vim Capitis, ac sustentationem* non aliunde in Pontificem permanasse, *quam ex totius Ecclesiae corpore*?

Opi sibi esse Xystum III. Anonymus jactat: at falso, ut solet.

Confugis ad Xystum III. quae malum! ista est saltuatim scribendi ratio, ut a Basileensi Conventu seculi XV. ad eum te Pontificem transferas, qui claruit V. seculo; ejusque Epistolae Decimae ad Episcopos Illyrici, ac si tibi faveat, subsidio gloriere? Sed detur tibi tam mire saltandi venia; at erat tamen Xysti abs te afferenda sententia, ut nosceremus, quidnam ex ea sit concludendum. Verum age, cedo Xysti locum. Abnuis. Hoc dicis unum: *caput*, teste Xysto, *vim suam, sustentationemque a corpore totius Ecclesiae trahere*. Quid? Egone tibi, qui omnia (velut est hucusque demonstratum) turbes, ac misceas, verba Xysti producere in medium renuenti credam? Quod si grave tibi est Epistolas ejus Pontificis pervolutare, levabo ego isto te onere. Legi equidem

Epistolam illam Xysti ad Illyricos decimam. Jam primum omnium ibidem sanctus ille Hierarcha non de Romano Antistite, sed de Anastasio Thessalonicensium metropolita, suoque Vicario loquitur. Quare tu, qui secus doceas cives tuos, aut imprudens erras; aut sciens, prudensque alios in fraudem inducere conare. Deinde Xystus non ab Ecclesia, sed a Pontifice Romano Metropolitam Thessalonicensem in Episcopos Illyrici omnes vim habere auctoritatis, soliditatemque monet. Tu aliter rem effers, quod quidem est alterum peccatum tuum (1). Postremo non is fuit Xystus, qui scriberet vim auctoritatis, soliditatemque Anastasium a corpore obtinere. Hoc voluit: Anastasium, qui aliorum esset a Papa constitutus

(1) Num. II. Tom. I. Epistolar. Romanor. Pontif. Edit. Paris. an. 1721. pagina 1272. „ Illyricanae omnes „ Ecclesiae (inquit Xystus) UT A „ DECESSORIBUS NOSTRIS AC- „ CEPIMUS, ET NOS QUO- „ QUE FECIMUS, ad curam nunc „ pertinent Thessalonicensis Anti- „ stitis, ut sua sollicitudine, si quae „ inter fratres nascantur, ut asso- „ lent, actiones distinguat, atque „ definiat, et ad eum quidquid a „ singulis Sacerdotibus' agitur, re- „ feratur ... ut merito Sedes Apostolica, relatione ejus instructa, quae „ fuerint acta confirmet „. Et paullo post: „ Siquid forsitan aut „ inter fratres natum fuerit; aut „ fratri cuipiam aliqua actio, qua „ pulsetur, illata; aut illic (fratre, et Coepiscopo nostro Anastasio Judice) eveniens negotium „ terminetur, qui VICES APO- „ STOLICAE SEDIS AGERE, ut „ B. memoriae Rufus decessor ipsius „ EX NOSTRA VOLUNTATE „ egisse cognoscitur; aut ad nos, „ si illic finiri non potuerit ... veniat [illegible] Videsne, ut dignitas [illegible]ritas, quam Xyxtus [illegible] Episcopum Thessalo[illegible] Sede Apostolica, non ab Ecclesiis Illyricanis manaverit?

caput, obiturum reipsa munus non fuisse, nisi ei praecipienti membra ipsius obsecundassent; et contra resistentes, suppetias venissent. Nisi enim membra in rem eamdem conspirent, eaque ratione non sustentent caput; ipsum sane caput, dignitatis, auctoritatisque habeat quantum voles, in re tamen ipsa exequenda, exequenda, inquam, vigorem, firmitatemque non habiturum. Nam, ut Terentianus (1) ille Syrus, in Adelphis, Demeam senem alloquens ajebat:

Quid tu hic agas,
Ubi siquid bene praecipias, nemo obtemperet?

Verum habe tibi ex Epistola illa Xysti decima, quem indicas locum: „ Nullum corpus, est, quod „ capite non regatur. Estis quidem membra, ut no„ vimus, sancta; sed vestrum caput respicere, et „ honorare vos condecet, quoniam honor capitis ad „ spem totius proficit sanctitatis, et suum corpus sol„ licitis tuetur oculis, quod sibi aptum, et dignis „ videatur ad unamquamque rem officii convenire „. Regitur ergo corpus a capite, adeoque ei membra honorem adhibere, illudque observare debent. Moderari autem, ac regere, adeoque a membris honorari, observarique caput oportere idemne tibi videtur esse, ac vim caput, dignitatemque suam a membris sui corporis trahere? Hoc si ita est,

(1) Terent. in Adelph. act. III. scena IV. v. 70.

Ecclesia ipsa robur, vim, dignitatem, auctoritatemque, qua praestat, acceptam referet iis, quos regat, et a quibus proinde sit ipsi habendus honos. At est id monstri simile. Pergit Xystus: „ Sed ut omne corpus capite regitur, ita „ ipsum caput, nisi suo corpore sustentetur, fir„ mitatem, et vigorem suum perdit, et non tenet, „ quam habuerat dignitatem „. Ubi nam hic legis, oriri, *trahique* vim illam ex AUCTORITATE corporis ECCLESIÆ? Cumque non legas, qua confidentia (ut leviter dicam) Xystum ejus rei testem appellas, quam non modo non indicarit, sed etiam, ut paullo ante animadverti, respuerit? Inserviunt quidem capiti reliqua corporis membra: (1) at si

(1) Vide Paullum Ep. I. ad Corinth. c. x. l. v. 13. sqq., et S. Clementem Romanum Epist. I. ad Corinth. num. xxxvII. pag. 27. Tom. I. Epistolar. Rom. Pontif. Edit Paris. an. 1721. qui „ militemus, *inquit*, „ cum omni studio in . . ejus prae„ ceptis. Consideremus eos, qui „ sub ducibus nostris merent, quam „ ordinate, quam strenue, quam „ submisse imperata exequantur. „ Non omnes sunt praefecti; ne„ que in iis constituti gradibus, qui „ consequuntur; sed unusquisque „ in suo ordine, quae ab Impera„ tore, vel ducibus jubentur, pera„ git. Magni sine parvis existere ne„ queunt: neque parvi sine magnis, „ mutua quaedam in omnibus ne„ cessitudo est, et in his usus. Su„ mamus corpus nostrum. Caput „ sine pedibus nihil est; vicissim„ que pedes sine capite. Minima „ autem corporis nostri membra ne„ cessaria, et utilia sunt toti cor„ pori. Universa vero conspirant, et „ ad conservationem totius una su„ bjectione utuntur „. Et n. LXII. pag. 37. „ vos ergo, qui seditionis „ (adversus Presbyteros, seu Epi„ scopos) fundamenta jecistis, sub„ diti estote Praesbyteris etc. „

infirma sint, desintque muneri suo, capitis ejusdem vigor, firmitasque languescit; non quod dignitas ei praecipua, vis, atque potestas ab auctore rerum omnium conlata, non insit; sed quod si caput ipsum ministerio membrorum destitutum sit, impediatur, ne vires exerceat, neve splendorem exserat dignitatis, et auctoritatis vigentis suae. Id vero si accidat, non jure accidere, sed vitio, infirmitateque membrorum, (1) haud secus quam sint in vitio, atque injuria agant ii, qui vias obsideant, obstentque, quin Rex in sontes sua utatur potestate.

Atque Xystus quidem, cum resisti ab Episcopis Illyricanis Anastasio intellexisset; tantum abfuit, ut hunc e jure, ipsi ab Apostolica Sede attributo, excidisse arbitraretur, ut contra ad eos scripserit, ut repugnare desinerent, eique honorem deferrent, atque obedirent: quod si contra facere auderent, scirent se ipsorum esse conatibus obviaturum. (2) Satis mul-

(1) Deessent enim debito suo. Quare Xystus ibid. num. 4. pag. 1272. Episcopos Illyricanos, quos membra Anastasii esse asseverat, alloquens: „ Reservate, *inquit*, fratri, „ et Coepiscopo nostro REVERENTIAM QUAM DEBETIS, et „ inter vos pacem, et concordiam „ custodite. Sit in vobis, ut esse „ credimus, cor, et anima una. „ Nec credatis vobis minui quidquid „ reverentia illius, ad quem et „ majores nostri, et nos Illyricanas „ Ecclesias, juxta morem traditum, „ voluimus pertinere, a vestra dilectione, et servari voluimus, et „ deferri „.

(2) Epist. VIII. ad universos Episcopos in Synodo apud Thessalonicam congregatos num. I. et II. pag. 1163.

ta de Epistola X. quam tute nobis objectas, quamque perspicis ad rem nostram non pertinere, cum ea non de Pontifice Maximo sit, sed de Pontificis Vicario, eoque Thessalonicensium Metropolita. Ceterum Xystus (1), ut etiam reliqui Romani Pontifices, (2) Synodi, (3) Patres (4) Pontificiam dignitatem, ac potestatem ab institutione Christi, non aliunde repetendam esse judicarunt.

Anonymus universe scribis, Episcopos ante nonū Ecclesiae seculū, cum ad Ponti-

IX. Sed certum tibi est, scrupulos civibus tuis evellere, quibus sane acutissimis stimulentur. Itaque eos sedulo mones, ut si *titulis*, qui *hoc tempore tribuuntur*

I

(1) Epist. vII. ad Perigenem Corinth. n. 1. p. 1262. et Epist. vI. ad Johan. Antiochenum n. 5. pag. 1260.

(2) Siric. Epist. I. ad Himer. Tarracon. num. 1. pag 624. ibid; Innocentius I. Epist. ad Victricium Rotomagensem n. 2. pag. 747. et Epist. xxv. ad Decentium Eugubinum num 2. pag. 863. et Epist. xxIx. ad Episcopos Conciiil Carthaginiensis n. 1. p. 888. et Epist. xxx. ad Episcopos Concil. Milevit. num 2 pag 896. Zosimus Epist. xII. ad Patres Synod. Carthag. n. 1. pag. 974. Bonifacius I. an. 422. Epist. ad Episcopos per Thessaliam constitutos Tom. II. Concil. p. 1124. Edit. Paris. an. 1714. et Epist. ad Rufum, et ceteros Episcopos per Achajam etc. constitutos ibid. p. 1225. sqq. S. Caelestinus Ep. III. ad Episcopos Illyrici T. I. Epistolar. Rom. Pontif. p. 1063. Edit. Paris. an. 1721. S. Leo Magnus Epist. I. ad Episcopos Africae cap. I. Edit. oper. Rom. an. 1755. pag. 1. sq. Parte II. oper. et Epist. v. ad Episcopos Illyrici cap. 1. sq. pag 28. sqq. ut ceteras ejus Epistolas, sermonesque praeteream, quos describere esset nimium. Quid autem Hilarum, Simplicium, Felicem, Gelasinm, Symmachum, Hormisdam, Bonifacium II. ceterosque, qui post floruerunt, commemorem, qnorum et aperta sunt, et quamplurima hac ipsa de re testimonia?

(3) Vide quae supra attulimus ex actis Synodor. Ephesinae, Chalcedonensis etc.

(4) De Patribus supra demonstratum est, quorum loca rursum afferre perinde erit, atque actum agere.

Digitized by Google

ficem Romanum darent litteras, non alio usos fuisse, quam fratris titulo. Id quā sit falsū multis Seculo IX. vetustioribus monūentis ostenditur.

Papae, commoventur; sic secum statuant = *ante seculum Ecclesiae nonum, Episcopos cum Papae scriberent, usos non fuisse, nisi FRATRIS titulo*. Perdocte! Eja vero, age, dic scientissime Antiquitatum: Epistolas Bonifacii Archiepiscopi Moguntini ad Zachariam Pontificem Romanum umquamne legisti? Quod si (ita uti vos, illuminati scilicet hujusce aetatis sapientes lectionis non multae, facitis) minime legisti; coniice oculos in eam, quae est de Episcopatibus tribus in Germania constitutis. Est ne in hujus inscriptione, inque ipsa Epistola uspiam vel umbra *tituli fratris*? Non est? Quid? Nihil est titulorum? Est profecto. Principio, ut vides, (1) Bonifacius appellat Zachariam *Dominum*, *Summi Pontificatus infula praeditum*: tum *patrem canonica jura regentem*, *ac tenentem gubernacula Apostolicae Sedis*: post *paternitatem* ejus obsecrat, ut *auctoritate Apostolica sua*, *praecepto*, *jussione roboret*, *confirmetque Episcopatus illos tres*: ad extremum orat, atque obtestatur, ut *suae auctoritatis responsum* mittat, (2) perque *cautelam doctrinae Apostolicae*, prospiciat *ovibus*, *ne seducantur*; *luposque rapaces* convincat, et ab grege expellat, atque exterminet. Eloquere nunc jam, quo anno hanc Epistolam fuisse a Bonifacio datam putes? Anno inquies. 740. Nempe sexagesimo circiter ante nonum

(1) Tom. III. Concilior. Ed. Paris. an. 1714. pag. 1877. sqq.

(2) Cap. VII. ibid. pag. 1880.

seculum anno. Abi modo, chronologe, ac si perfricta frons ista pati queat, denuncia Germanis: ante nonum seculum non alio, praeterquam *fratris* Pontificem Romanum fuisse ab Episcopis ornatum titulo. Sed consistito pauxillum. Dic, rogo te, cuinam cives tuos assensuros speres, tibi ne, qui tenebrionum more, et tuum celes nomen, ut, qui sis, nesciant; et mendaciis, dolisque obscurare dignitatem Episcopi Romani, auctoritatemque deprimere conere; an Apostolo, et institutori suo, doctrinae, sanctitatisque laude illustri, eidemque Archiepiscopo Bonifacio, cujus opera, ab superstitione, qua implicabantur, soluti, christianis se sacris addixere? Equidem tam tibi non assensuros prospicio, ut contra sentiam, eos, qui vocem audiant Bonifacii pastoris sui, habituros te lupi loco.

Confer nunc Epistolam Wilfridi Episcopi ad Johannem Papam. Hunc ille (omisso *fratris* nomine) ***Beatissimum***, ac ***universalem*** Papam (1) vocat. Quo anno? Septingentesimo primo. Scilicet solido seculo ante nonum. Quid? Concilii oecumenici VI. Patres an. 681. in synodica Epistola ad Agathonem, annon titulum illum *fratris* taciti praeterierunt, Romanumque Antistitem, ***Beatissimum Papam*** appellaverunt, ejusque *πατρικὴν ἁγιότητα paternam sanctitatem*

I 2

(1) Tom. XII. Concilior. Edit. ejusdem pag. 1823.

obtestati sunt, *stantem supra firmam petram*, cujus certe *litteris acquiescendum sit*, quas agnorunt uti scriptas a Summo vertice Apostolorum ? (1) Hui, tamne multo ante seculum nonum ? Sic est. At sunt tibi duriores vorandi boli. Victor ecce Carthaginiensium Episcopus *beatissimam* Romani Antistitis *paternitatem* nominat in litteris ad Theodorum Papam an. circiter 645. (2) : Patres vero Synodorum Byzacenae, Mauritaniae, et Numidiae, suae ad Theodorum Epistolae hoc esse initium voluerunt : *Domino, Beatissimo, Apostolico culmine sublimato, Sancto Patri Patrum Theodoro Papae, et summo omnium Praesulum Pontifici*. (3) Conturbone te ? Verum patere, obsecro, ut plus aliquanto te morer. Erit hoc tibi, mihi crede, tuisque civibus non utile modo;sed etiam salutare. Epistolam velim legas orientalium Episcoporum ad Agapetum Pontificem. Contemplare,cujusmodi sit ejus inscriptio : *Domino nostro per omnia Sanctissimo, et Beatissimo Patri Patrum Archiepiscopo Romanorum etc.*. Quid multis opus est? Abest Tò *fratri*. Roges, quo tempore scripta fuerit? Hoc tibi respondebo breve. *Lectam fuisse an.536. Act.* I.Synodi Constantinopolitanae sub Mena (4). Nimis diu, inquies, ante seculum nonum. Ne mirere :

(1) Action.VIII. ibid. p. 1438.sq.

(2) Action. XI. Synod Lateran. sub Mart. I. pag.754. Tom. eodem.

(3) Ibid. pag. 734.

(4) Tom. II. Concilior. Edit. ejusdem pag. 1218.

Digitized by Google

Suppetunt enim nobis monumenta vetustiora. Habe tibi scriptam an. 531. a Stephano Larissensi Metropolita ad Bonifacium II. Epistolam (1): „ Domino meo Sancto, ac per omnia Beatissimo, et revera venerando Patri Patrum Bonifacio Stephanus exiguus etc. „ haec est probatio Deum amantium, ut post Deum, „ Pater, et Doctor S. Ecclesiae Petrus vestrae, et „ totius mundi testatur, quia Domino dicente tertio: *amas me? pasce oves meas*: tradidit prius „ vobis mandatum, ostendens, et PER VOS omnibus deinde per universum mundum SS. Ecclesiis „ condonavit „. Quid? Possessor Episcopus Afer ad Hormisdam an. 516. scribens, *fratris* ne, an *Papae* usus est titulo? *Papae* certe, non *fratris* (2). Quid? Sacrorum Antistites, qui ordinationis Episcopi Epiphanii causa, anno eodem 516. Constantinopolim convenere? *Patri Patrum* (3). Quid? Episcopi Epiri veteris? „ Domino nostro per cuncta Sanctissimo, ac „ Beatissimo Patri Patrum, comministro, ac Principi Episcoporum Hormisdae Synodus Epiri veteris (4) „. Jam a *fratris* titulo sibi temperarat Caesarius Arelatensis in libello ad Symmachum an. 500. (5) Hujus scilicet *Sanctitatem* compellat, inquiens „ sicut a *persona* B. Petri Apostoli Episcopatus sumit

(1) Ibid. pag. 1111.
(2) Ibid. pag. 1037.
(3) Ibid. pag. 1035.
(4) Ibid. pag. 1027.
(5) Ibid. pag. 956.

plum imitatus Anatolius Constantinopolitanus Antistes, non post multo, *Sanctissimo et Beatissimo Patri, et comministro Aribiepiscopo veteris Romae Leoni*, scripsit (1). Confer nunc Epistolas an. 450. Episcoporum Provinciae Arelatensis ad Leonem ipsum (2) Teodoriti Cyrensis Episcopi ann. 449. (3) Flaviani Episcopi Constantinopolitani, (4) Eutherii Thyanensis, et Helladii Tharsensis ad Xystum an. 433. (5); et Episcoporum concilii Ephesini an. 431. (6) Cyrilli Alexandrini ad Caelestinum an. 430. (7) Synodi Milevitanae Patrum ad Innocentium I. an. 416. (8) Johannis Chrysostomi ad eumdem an. 404. (9) In omnibus Patris, Papae, domini, Apostolici titulum reperies, *fratris* non item. Sed erit fortasse de me nonnulla tua conquestio, quod quae hactenus indicavi mo-

(1) Tom. II. oper. S. Leonis p. 301. sqq. Edit. Rom. an. 1755.

(2) Ibid. pag. 225. sqq. et 273.

(3) Ibid. pag. 211. sqq.

(4) Ibid. pag. 100.

(5) Hi etsi Nestoriana lue infecti, confessi tamen sunt, Romanum Episcopum a *Deo productum gubernatorem*, et *Patrem* non *fratrem* appellarunt, Ep. inter Xystinas IV. p. 1245. sqq. T. I. Ep. Rom. Pont. Ed. an. 1721.

(6) Ep. inter Caelest. xx. p. 1164. Tom. ejusd.

(7) Est ejus inscriptio hujusmodi: τῷ ὁσιωτάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ πατρὶ καιλεστίνῳ κυριλλος „ Sanctissimo, et Dei amantissimo „ PATRI Caelestino Cyrillus etc. Tom. eod. pag. 1086.

(8) Ep. inter Innocentianas VII. Tom. eod. pag. 873.

(9) Ep. inter Innocentianas IV. pag. 772. Tom. eod. τῷ δεσπότημου τῷ αἰδεσιμωτάτῳ καὶ ὁσιωτάτῳ ἐπισκόπῳ ἰννοκεντίῳ, ἰωάννης. „ Domino meo reverendissimo, et „ Sanctissimo Episcopo Innocentio „ Johannes „.

numenta non integris annis quadringentis sint nono seculo vetustiora. At conqueri desine. Tene quid an. 401. de Anastasio I. Synodi Africanae Patres memoriae tradiderunt. Hujus non fraternam modo, sed Paternam etiam sollicitudinem celebrant (1). Satin' haec ad explendum numerum? Satis, arbitror. Quamquam est mihi etiam in promtu Basilii Magni ad Damasum Epistola, quadringentis ipsis octo atque viginti annis anterior nono seculo, in qua S. Doctor eum Pontificem sic appellat: *τιμιώτατε πάτερ* *colendissime Pater* (2). Neque mirum videri debet, si cum Episcopi Patrem dicerent Damasum, eos ipse interdum filios (3) vocaret, ut in ea est illius Epistola ad Episcopos Orientis, quam refert Theodoritus in quinto libro Historiae (4). Quod si anno 366. Synodi Lampsacenae Patres Liberium (5); quique ann. 347. Sardicam convenere (6), Julium *fratris* titulo compellarunt; priores quidem quantum Pontifex Romanus auctoritate posset, demonstrarunt; alteri caput ipsum esse Ecclesia-

(1) Cod. Eccl. Afric. c. 65. T. I. Concilior. Ed. Paris. an. 1714 p 899.

(2) Epist. LXX. al CCXX. T III. oper. pag. 163. Edit. Paris. an. 1730.

(3) *υἱοὶ τιμιώτατοι filii maxime honorandi*. Epist. XIV. num. I. T. I. Epistolar. Rom. Pontif. p. 571. Edit. Paris. an. 1721.

(4) Cap. X.

(5) Epist. inter Liberianas XII. p. 454. T. I. Epistolar Rom. Pontif. Confer etiam Socratem lib. IV. Histor: cap. XII.

(6) Ibid. pag. 395.

rum (1), testati sunt. Sed video commoveri te, mihique auctorem esse, ut faciam monumentorum veterum tam diligenter enumerandorum modum. Faciam hercle. Sed heus tu, ne spera, me annis quadrigentis contentum fore. Seculorum lustrum cogito. Verum sic tibi polliceor, esse me brevibus acturum. Attende, medio fere quarto seculo Ursacius, et Valens, etiamsi Arianis partibus studerent, quo Julium Papam ornarint titulo (2). Cognosce praeterea, quid inscriptio Secundae Epistolae Synodi prioris Arelatensis ad Silvestrum Pontificem an. 314. datae ferat. Titulum in ea *Papæ* vides, non *fratris*. Quod si τὸ *frātris* in prima Epistola usurparunt (3) Synodi ejusdem Patres; haud certe secus usurpaverunt, quam fecerit Seculo III. Cyprianus, qui etsi *fratrem* appellarit Cornelium, ab hoc tamen, et *locum Petri, super quem est aedificata Ecclesia, teneri* confessus est, et regi *principalem Ecclesiam, unde unitas est exorta Sacerdotalis* (4). Intelligis,

(1) Epist. XIV. inter Liberianas n. 3. pag. 458. Tom. eodem, atque Epist. inter Julianas III. num. 1. pag. 395. Tom. eod.

(2) Epist. V. Tom. I. Epistolar. Rom. Pontif. Edit. an. 1721. p.403. Non enim fratrem, sed κύριον μακαριωτατον πάπαν *Dominum Beatissimum Papam*, seu *patrem* vocant.

(3) Non enim *fratris* solum, sed *domini* etiam titulo usi sunt Ep.I. pag.341. ad quem pertineret *litteras ad omnes* dirigere de religione, ac disciplina (Ibid. num. 1.) et qui ibi sederet, *ubi Apostoli quoque sedent*, *mejoretque proinde dioeceses teneret.* Epist. II. n. 1. 2. pag. 346.

(4) S. Cyprian. Ep. LV. ad Antonis-

opinor, quo te revocem, nempe ad Seculum nominis Christiani tertium. Possem ad secundum; possem etiam ad primum (1). Veruntamen, tibi ut satisfaciam, constituam huic disputationi modum. Sed dabis, ut hoc addam unum, idque perbreve. Scripsisse quidem Irenaeum Lugdunensem Antistitem Seculo secundo ut ad *fratrem* ad Victorem Papam (2); sed ut ad fratrem, qui abscindere sontes Episcopos posset ab Ecclesiae corpore, et ***ad quem propter potiorem principalitatem*** Ecclesiam ***omnem convenire necesse esset***. Jam desino. Interea hoc habebo certum: jactari abs te falso: ***ante nonum seculum Episcopos, cum ad Romanum scriberent, usos non fuisse nisi titulo fratris***: jactari autem aut ***temeritate***, si ignoras id esse falsum; aut ***dolo***, si nosti. Alterutrum vero si suspicentur cives tui, tam in te vehementer commovebuntur, ut (quod non egeris germana fide, ipsosque circumvenire, atque decipere sis conatus) tibi dicam scribant; petantque, graviter in te, severeque animadverti, si

pag. 104. Et Epist. LIX. al. LV. ad Cornel. pag. 131. et pag. 135. sq. de Pontificis porro auctoritate quid scribat, intelliges ex Ep LXVIII. ad Stephanum p. 177. sqq. Ed. Oxo. an. 1682.

(1) Hinc litteras Clem. I ad Corinth., potentissimas S. Iren. vocat lib. III. cap. III. pag. 176. Tom. I. Edit. Venetae ann. 1734.

(2) Id intelligitur ex Irenaei Epistola, quam refert Eusebius lib. V. Histor. cap. XXIV. Edit. Taurin. an. 1746. Vide Massuetium Dis. III. in Iren. Artic. IV. num. 30. sqq. et num. 35. pag. 107. sqq. Edit. oper. Iren. Venetae an. 1734. Tom. II. et Iren. ipsum lib. III. contra Haereses cap. III. pag. 175. Tom. I.

non tecti, et aquae, et ignis interdictione; at ademptione saltem civitatis, quam desperes, esse te postliminio recuperaturum.

Audet rursum Anonymus Gregorii suae sententiae appellare testem, sed audet non minore quā ante dedecore, et damno suo.

At enim Gregorius Magnus, inquis, pati non poterat, ut Episcopi *universalem* ipsum Patriarcham, aut Episcopum dicerent. Jam hac de re memini dixisse paullo ante me (1), tibique affatim satisfecisse. Itaque mitto rursum de ipsa dicere, ne actum agam. Hoc unum dicam: Ab Synodo Chalcedonensi decus *Episcopi universalis* ultro fuisse pontifici Romano delatum. Id cum ex Actis Synodi ejusdem (2), tum ex Epistolis Gregorii (3) percipi plane potest. Age vero cum primas tu Conciliis Oecumenicis in rebus Ecclesiasticis dijudicandis partes dederis; in rescriptis contra, scitis, decretis Pontificum, si non prorsus nihil, at minus sane, quam in Conciliorum eorumdem sive statutis, sive legibus agnoveris auctoritatis; quae nunc demum tanta tua volubilitas mentis, et inconstantia est, ut responsis Gregorii standum; constituta vero Oecumenicae Synodi negligenda esse arbitrere? Annon id

(1) Num. hujus Epist. quinto pagin. 100. sqq.

(2) Action. I. pag. 67. et Act. XIV. pag. 643. T. II. Concilior. Edition. ejusd.

(3) Lib. V. Ep. XX. ad Mauritium Imperatorem p. 301. sq. Edit. Venetae an. 1770. Tom. VII. et Ep. XLIII. ad Eulogium Alexandr. pag. 326. l. VIII. Epist. XXX ad Eumdem p. 31. sq., et lib. VII. Epist. LXXXVIII. ad eumdem Eulogium p. 115.

patens indicium est livoris in Apostolicam Sedem tui, studiique avertendorum tuorum civium ab centro Catholicae unitatis?

Perstas, ac Gregorius, inquis, tulit sane graviter, scriptum ad se fuisse ab Eulogio Antistite Alexandrinorum, τὸ *ut jussistis*; propteraequod videri superbus potuisset, si *jubendi* verbum aptari sibi ab amico etiam permisisset. Nae tu Criticae facultatis canones percepisti probe! Nimirum supprimis perspicua, praeclara, magno numero Patrum loca; iisque alto silentio pressis, obscura quaedam, implicata, eaque rariora (si qua expiscatus alicunde es pervestigatione diuturna) consectare; atque decipiendorum tuorum causa, instar oraculorum, proponis; quasi vero ignorent prudentes, docti, orthodoxi Germani, non quidem paucis plura, non rarioribus pervulgata, non involutis obscuritate illustria; sed perpauca multis, pervulgatis abdita, perspicuis Patrum testimoniis obscurum unum, alterumve alicujus eorumdem locum evolvi, atque declarari oportere. Ac de Patrum omnium illustribus locis, plurimis, pervulgatis et egi equidem alias copiose, et agam fortasse deinceps aliquando, sed tempori. Non enim modo est otium. Unius nunc Gregorii, cujus tu verbis abutere, auctoritate ducar. Principio, fateor τὸ *jussistis*, dum ab Eulogio Alexandrino usurpatum fuit, non placuisse Gregorio. Non enim quid-

quam SS. Pontifex Eulogio imperarat; sed *quae utilia visa fuerant indicanda* curaverat (1). Ceterum ubi opus fuit, non temperavit sibi Gregorius, quin id adhiberet jubendi, praecipiendique verbum. Inspice in Epistolam VIII. lib. I. (2) Cernisne, ut idem Pontifex Bocaudae Episcopo Formiensi jubeat?,,Hac,,, *inquit*, praecepti nostri auctoritate,,. Refer mox te in Epist. libri ejusdem primi quintam et decimam (3) ad Balbinum Episcopum Rosellanum. Quid hic legis? ,, JUBEMUS dilectioni tuae, ut hujus ,, praeceptionis auctoritate commonitus, Ecclesiae ,, (Populoniensis) moderator accedas,,. Siste parumper. Nam Epistolam etiam LIV. ad Episcopum Surrentium datam percurras volo. Ecce illam tibi. Recita: ,, Ad Monasterium (S. Stephani) te JUBE- ,, MUS accedere,,. Quid opus est pluribus, inquies? Modo ad hanc item, quae est libri secundi quinta ac decima (4) ad *universos Dalmatiae Episcopos* animum adverteris, non pergam tibi molestus esse. Lege: PRAECIPIMUS *Natalem Episcopum instructam ad nos debere dirigere personam*. His vero, aliisque permultis (quae, ne te opprimam, omitto) locis cum urgeare, audebisne posthac dicere: San-

(1) Idem lib. VIII. Ep. XXX. pagin. 32. Tom. VIII.

(2) Pag. 12. Tom. VII.

(3) Pag. 198. Confer praeterea Ep. XXXVIII. ad Malchum Episcopum Dalmat. pag. 50.

(4) Pag. 114.

ctum Pontificem adeo *τὸ jubere* exhorruisse, ut illud ne commemorari quidem ferret?

Atqui Gregorius, inquis, cuivis Episcopo *titulum* concedebat *Sanctitatis tuae*: et olim Praesides quique Sacrorum *Summi Sacerdotes*, *Vicarii Christi*, *Papae* appellabantur, idque ut confirmes, Mamachium (1) citas testem. Ego vero istud quidquid est dabo libens; sed non video, quid esse possit ab instituto nostro disjunctius. Quid enim? An idcirco aequatos a Majoribus nostris Episcopos ceteros Pontifici Summo defendes auctoritatis, jurisdictionis, dignitatisque praestantia? Nimirum hoc supererit, ut quoniam Augustinus (2), aliique veteres (3), cum ad devotas Deo feminas scriberent, *earum sanctitatem* appellaverunt; eas tu pares fuisse dignitate Episcopis statuas.

Appellati quidem olim Sacrorum praesides fuere *Sancti*, *Vicarii Christi* in Dioecesi quisque sua, *Pa-*

(1) Tom. IV. Originum et Antiquitatum Christianarum pag. 304.

(2) Epist. 31. al. XXXIV. ad Paullinum num. 9. pag. 44 Tom. II.: „ Beatissimus Frater Severus, *inquit*, debito nobiscum officio „ SANCTITATEM vestram salutat „. Confer etiam Epist. CXXVI. ad Albinam num. 4. pag. 279. sqq. ubi de *Sancta Melania* scribit. Epist. CLXVIII. al. CCXV. num. I. et sqq. pag. 683. „ Probatissima devotio SANCTITATIS vestrae „. Et „ collationem SANCTITATIS vestrae et vestram SANCTITATEM alloquerer „.

(3) S. Ambrosius Epist. XXII. ad Sororem: „ Quia nihil SANCTITATEM tuam soleo eorum praeterire etc. „ Sed infinitus essem, si omnes vellem commemorare.

pae praeterea, seu *patres*, *Sacerdotes Summi* comparate scilicet ad ordinem Presbyterorum; at eorum nemo, praeter Romanum, *potiorem* dictus est obtinere in Ecclesia *principalitatem* (1); nemo *matricis* (2), *radicis* (3), *unitatis*, *principalis Ecclesiae* praesul, cui τὸ πρωτεύειν διὰ πάντα *principatum per omnia tenere competat* (4), *aut caput orbis, unde venerandae communionis jura dimanent* (5) est habitus. Ecquid porro impediet, quin vocabula quaedam (quae olim communia multorum erant) progressione temporum coarctari, restringi, ad eumque unum accommodari possint, quem esse pateat ceteris dignitate, potestateque excellentiorem? *Majestas* ecce Consulis, Praetoris, Judicis, Rectoris dici olim consuerat; cum tamen hoc tempore solis summis potestatibus, hoc est Regibus, Imperatoribusque id genus tituli attribuatur. An secus nunc agi, quam jus, fasque poscat, constitues; aut praetores, judicesque aequabis ratione auctoritatis Imperatori? Non audebis, opinor, nisi forte derideri velis non a sapientibus modo, sed etiam ab imperitis. Parvi igitur interest, quod fue-

(1) S. Iren. lib. II. cap. II. num. 2.

(2) Cypr. Epist. LIX. ad Cornel. pag. 135. Edit. Oxon.

(3) S. Optat. Milev. l. III. c. III. sq. pag. 31. sqq. S. August. Psalm. contra Donat. Tom. IX. pag. 5.

(4) S. August. Ep. XLIII. n. VII. pag. 69. Tom. II Theodorit. Epist. ad S. Leonem T. II. oper. S. Leon. pag. 213.

(5) S. Ambros. Ep. Synod. Concil. Aquilejens. num. IV. T. I. Epistolar. Roman. Pontif. pag. 559.

rint olim Sacrorum Praesides, qui simili ratione *Apostolici*, *Primates etc.* audirent, cum nullus usquam extiterit, quo Romanus non fuerit habitus (summo omnium consensu) auctoritate, dignitateque praestantior (1).

Gregoriū IV. primū omnium descivisse a Gregorii Magni sententia pugnat Anonymus; sed dolo, atque fallacia.

X. Sed Gregorius IV., inquis, omnium primus fuit, qui a Gregorii Magni ratione scribendi recederet, seque deinceps ab Episcopis non *fratrem*, sed *Patrem* appellari vellet. Mirum, ni tu Paullo Apostolo litem inferas, propterea quod, cum fideles quique ab eo, ceterisque praepositis Ecclesiarum fratres appellarentur; tum idem ipse Timotheum, ac Titum Episcopos *Filios* vocarit (2). Quid? Cyprianone, atque Augustino dabis vitio, quod Presbyteros, qui *Filii* ab Episcopis dicerentur (3), nominarint *Fratres* (4); aut

(1) Synod. Remens. ann. 1049. Tom. vi. Concilior. P. I. pag. 1003. Edit. Paris. an. 1714.

(2) Epist ad Timoth. cap. I. v. 2. et Epist. ad Titum cap. I. v. 4.

(3) Praesertim autem a Romanis, ut constat ex Epist. xv. et xvII. S. Damasi ad S. Hieronymum T. I. Epistolar. Romanor. Pont. pag 573. et 579. *Dilectissimo Filio Hieronymo Damasus*. *Et Epist. v. ad Paulinum num.* I. *pag.* 508. *Per Filium meum Vitalem*. Erat is Praesbyter Antiochenus. Et ex Ep. xxxiv. Innocent. I. ad eumdem S. Hieronym. *Ibid. pag.* 907. utque cetera monumenta praeteream quae prope sunt innumerabilia, S. Leo Magnus Ep. xix. ad Eutychen Part. II. oper. pag. 90. et Epist. LVIII. ad Faustum Presbyterum ibid. p. 240. et alibi.

(4) S. Cyprian Epist. v. ad Praesbyteros etc. pag. 10. et vII. pag. 14. xI. pag. 22. xiv. 31. et xvI. 26. Ed. Oxon. an. 1682. Aug. Ep. LXVII. ad Hieronym. al. xII. p. 117. T. II. et Epist. LXXI. al. x. p. 120. LXXIII. pag. 123. Tom. II. oper. Edit. Antuerp. ann. 1700., et Epist. cxxvI. al. ccxxv. ad Albinam, ubi ad Pi-

aut ex hac appellatione *Fratrum* concludes, Cypriani, Augustinique judicio, Praesbyteros esse Episcopis dignitate, auctoritateque pares? Age vero S. Damasus *admirandum urbis decus* (1), *fortitudineque in Religione vindicanda insignis*, annon Orientis Episcopos dixit *colendissimos Filios* (2)?

Redeo ad Gregorium IV. Hujus locum mihi describi volo, ut videam, quidquamne comprehendat, quod sit a Patrum, praecipue vero a Gregorii I. sententia discrepans. Grave tibi videtur; non enim describis. Equidem curabo, ut isto te tam ingenti labore levem. Est is Gregorii IV. ad Episcopos Regni Francorum, quem indicas, locus hujusmodi. „ Romano Pontifici scribentes contrariis eum in praefatione nominibus appellastis, *Fratrem* videlicet, et *Papam*, dum CONGRUENTIUS esset solum ei PATERNAM REVERENTIAM exhibere (3) „. Quaero nunc, quid hisce verbis contineatur, quod

K

niano agens pag.278. *Sancto Fratri nostro Piniano*, ait. Et Ep. CXLVI. ad Pelagium pag.358. Et Ep. CXCIV. al. CV. ad Xystum pag. 544. Mitto Patres ceteros, qui cum Episcopi essent, tum presbyteros appellare consuerant *fratres*.

(1) Synod. Chalcedon. in Alloquutione ad Marcianum Imper. T. II. Concilior. p.647. Ed. Paris. an. 1714. Confer etiam Eutherii Thyanensis, et Helladii Tharsensis ad Xystum III. Epist. IV. n.2. Tom. I. Epist. Rom. Pontif. p. 1246. Edit. Paris. an. 1721. et Synod. VI. Oecumenicam in Serm. Prosphonet. ad Constant. Imperat. Action. XVIII, pag. 1419. Tom. III. Concilior. Edit. Paris 1714.

(2) In ea Epist quam Theodoritus refert lib. VI. Hist. Eccles. c. X.

(3) Epist. III. pag. 1275. T. IV. Concilior. Edit. Paris. ann. 1714.

esse cuiquam possit offensioni ? An quod ferat congruentius esse, ut non FRATREM simul, et Papam ; sed Papam solum, seu Patrem Episcopi Pontificem Romanum vocent ? Ac ni *congruentius* esset, eum ab Episcopis appellari *Patrem* ; non esset etiam *congruentius* pastores sacros dici *patres*, *magistros*, *dominos*, non item *fratres*, ab iis, quos Pastores ipsi dignentur appellatione fratrum . *Fratres* ecce Christus Pastorum Princeps (1) Apostolos (2) dixit . Quid ? *Congruentius* ne fuisset Christum ab Apostolis *fratrem* simul, ac *dominum* appellari; non vero dominum tantum ac Magistrum, omisso *fratris* vocabulo (3) ? Ac si *congruentius* fuisset, cur ipsi eum *Dominum* ac *Magistrum* appellarunt plerumque ; *fratrem* numquam ? Rursum, quotusquisque non solum Laicus, aut Diaconus, sed etiam Antistes fuit, qui Paullum, qui Petrum vocarit *fratrem*, etsi hi praecipui Apostoli fideles quosque *titulo fratrum* ornare consuessent ? Immo vero Paullus cum ad eos scriberet, quos fratres (4) dixerat, monuit se loco *patris* ab ipsis haberi

(1) Petri Epist. cap. v. v.4.

(2) Johan. cap. xx. v. 17.

(3) Johan. cap. xiii. v. 13. *vos vocatis me magister, et Domine, et bene dictis : sum etenim*.

(4) I. ad Corinth. cap. iii. ibid. cap. iv. v. 14. : „ Non ut confundam vos haec scribo, sed ut filios „ meos carissimos moneo. Si enim „ decem millia paedagogorum habeatis in Christo, sed non multos Patres. In Christo enim Jesu „ per Evangelium ego vos genui „.

oportere. Postremo, ne multus sim, ecquis umquam fuit laicorum, nisi Martyr, aut presbyterorum, qui Episcopos, ut Cyprianum (1), ut Heraclam (2), ut Basilium (3), Ambrosium (4), Augustinnm (5),

(1) Cyprian. Epist. v. pag 10. vII. p. 14. IX. pag. 18. XI. pag. 23. XII. pag. 27. XIII. pag. 28. XIV. 31. XVI. 36. XVIII. sq. pag. 40. sqq. XXVI. sq. 51. sqq. XXXII. al. XXXIV. 65. sqq. XXXIX. sqq. 76. sqq. At ad hunc Presbyteri scribentes, non *fratrem*, sed *Papam* vocant Epist. VIII. p. 15. XXX. 56. XXXI. 61. XXXVI. 69. Dixi, nisi Martyr., nam Epistolas aliquot reperiri scio, a Martyribus ad Cyprianum scriptas adhibito fratris vocabulo LIII. 98. pag. 234. LXXVIII. 235. In act. SS. Perpet. et Felicit. num. XIII. pag. 85. Collect. Ruinartii Actor. SS. Marr. pag. 85. Edit. Verou. ann. 1731. Optato Episcopo SS. Martyres dixere: Non *tu es Papa noster*? Et Aspasio, qui cum Optato contendebat: *Et tu Presbyter*?

(2) Dionysius, qui Alexandriae Praesbyter Heraclae fuerat, Heraclam ipsum nominans, *Beatissimum Papam* vocavit, ap. Euseb. lib. VII. Hist. cap. VII. p. 286. Ed. Taurin. an. 1746.

(3) Vide S. Basil. Epist. XXXVII al. CCXLVIII. p. 114. Et Ep. CCXXVII. al. LXXIII. pag. 349. Edit. Paris. an. 1730. Tom. III.

(4) Ambrosius Bellicium *fratrem* vocat, et *filium*. Ep. LXXX. p. 1200. sq. Edit. Venetae oper. an. 1751. T. III. Perinde cum aliis fecit, a quibus tamen frater numquam est appellatus, sed patris semper et habitus fuit loco, et ornatus nomine. Idem parentem appellavit Siricium Epist. LXXXV num. 3. pag. 1213.

(5) S. Augustinus Epist. XXXV. al. LXXXVI. p. 52. Cassulanum Presbyterum *fratrem* vocat. *Fratrem* item appellat Pinianum Epist. CXXVI. al. CCXXV. ad Albinam pag. 278. *Fratrem* Pelagium Epist. CXLVI. p. 358. *Fratrem* Xystum Epist. CXCIV. al. CV. pag. 544. Fratrem Hieronymum Epist. LXVII. al. XII. pag. 177. aliisque in locis. Quid hi? Ad Augustinumne ut ad *fratrem* rescripserunt? Minime. Vide Epist. Hieronymi ad Augustinum, quae inter Augustinianas sunt LXVIII. p. 116. LXXII. pag. 122. LXXV. pag. 127. In his inscriptio est hujusmodi. „ Domino vero Sancto, et beatissimo „ *Papae* Augustino Hieronymus „. Hunc Sanctum Doctorem Milevitanae Synodi Patres an. 416. Fratrem quidem suum, ac compresbyterum, *filium* autem Pontificis Innocentii vocant. Ep. Synodica ad Innocent. n. 3. p. 875. T. I. Epistolar. Rom. Pontif.

alios aut *fratres*, et *papas* simul, aut *fratres* solum nominaret, quamquam se ab iis dici fratrem nosset? Quod si nullus, uti nullus, quod sciam, fuit; omnesne eo conspirasse putas, id ut dicerent, quod minus esse congruum arbitrarentur ? Ac ne in cogitationem quidem cadit, quemquam tam absurdo capite esse posse, ut sibi tale quidpiam persuadeat. Quae cum ita sint, cur non licuit Gregorio IV. affirmare, *congruentius* esse, ut *Papa* dumtaxat, seu *Pater*, non adjuncto *fratris* vocabulo, appelletur ab Episcopis ille, qui Cathedram tenet, unde unitas est Sacerdotalis exorta; qui centrum est, in quod concurrere Catholicos omnes oporteat; qui Ecclesiam principalem regit, ex qua reliquae accepere, ut Ecclesiae fierent; quemque Episcopi ipsi orthodoxi Doctorem Christianorum omnium, Pastorem, Ducem, Caput, ac Verticem esse confitentur ?

At S.Gregorius Primus... Isthuc properabam. Itaque abs te sciscitor, is Gregorius I. usquam ne *congruentius* negarit esse, quod postmodum Quartus *congruentius* censuit ? Numquam sane. Immo vero Magnum illum Primum id confirmasse, etsi non verbo, re tamen ipsa, satis explorate liquet. Jam vero cum rem teneam, de verbo equidem non contendam. Rursum ex te quaero, Episcoposne Gregorius Magnus appellari ab eorum ovibus *Patres*, an *Fratres* congruentius esse putaverit? Patres certe non modo *affectu*, sed etiam *nomi-*

ne, ut ex ejus Epistola XLIX. lib. II. ad Januarium Calaritanum (1) perspicue palam est. Cur autem? Quia oves ipsae creditae curae Episcopi sunt, de quibus Episcopus idem *sollicitus esse debet*, ut de filiis parens. Adsis animo, edicito, num Episcopi, Ecclesiaeque ipsorum omnes, ex Gregorii doctrina, commissae curae, sollicitudinique Romani Pontificis sint, eique subjaceant? Quo tu ore id revoces in controversiam, cum Pontifex idem Epist. LII. lib. VII. (2) scripserit: „ Cunctarum Ecclesiarum „ injuncta nos sollicitudinis cura constringit, ne diu- „ tius gregi fidelium desit custodia pastoralis etc. „. Et lib. V. Epist. XXI. ad Constantinam Augustam: „ Episcopos sibi commissos, dixerit, (3) curamque se „ gerere Episcoporum confirmarit „ et libri ejusdem Ep. XLII. (4) et Ep. LXVII. Libri VII. sic animadver- „ terit: Quod se dicit (Byzacenus Praesul) Sedi Apo- „ stolicae subjici; si qua culpa in Episcopis inveni- „ tur, nescio quis ei (Sedi) Episcopus subjectus non „ sit „ (5). *Congruentius* ergo esse is Pontifex putavit

(1) Pag. 149. T. VII. oper. Edit. ejusd.: „ Sacerdotale quod admini- „ stramus officium mentis integri- „ tate pensemus, sic nos cum filiis „ nostris individuae caritatis debet „ unire concordia „, ut sicut PA- „ TRES IN NOMINE, ita affe- „ ctos probemur in opere „.

(2) Ad Marinianum Archiep. Raven pag. 814. Edit. Paris. Gussan. Confer etiam Epist. LXXI. lib. I. pag. 451.

(3) T. VII. p. 505. (4) Ad Sebastianum Episcopum Prizinensem p. 325.

(5) Nunc lib. IX. Epist. LIX. ad Johan. Syracus. Tom. VII. pag. 98. Edit. Venetae an. 1771.

ab Episcopis ceteris sese appellari *Patrem* (1). Ac ne suspicari quidem possum, quo tandem modo hoc idem ille *congruentius* putare nequiverit, qui certo sciret, decessores suos jam usque a primis nominis Christiani temporibus fuisse a Praesidibus quibusque sacrorum appellatos *Papas*, seu *Patres*; neque *Papas* solum deinceps, verum etiam (repugnante nemine) *Patres Patrum*. Id vero cum demonstratum supra multorum testimonio fuerit, omitti nunc potest, ne tibi sim longa oratione molestior. Interea scias velim, esse te propediem meas tertias litteras accepturum. Sic enim urgeo, ut ne transversum quidem, quod ajunt, unguem ab stilo.

Vale, et a Deo O. M. gratiam implora, orthodoxe ut sapias. Kal. Januar. an. 1786.

(1) Ac Patrem quidem appellavit Leonem Magnum Synodus Oecumenica Chalcedonensis in suis Synodicis litteris: *ἁγιώτατε, καὶ μακαριώτατε πάτερ*, *Sanctissime, ac beatissime Pater*. *Tom.* II. *Concilior. pag.* 659. *Edit. Paris. ann.* 1714. Hujus exemplum imitata Sonodus Oecumenica VI. T. III. Concilior. p. 1439. *τὴν πατρικὴν ἁγιώτητα* *Paternam Sanctitatem* S. Agathonis Papae imploravit.

EPISTOLA III.

ANONYMO PISTUS ALETHINUS S. D.

Anonymum indigne ferentem, Praesides esse permultos sacrorum, qui se Episcopos dicant Apostolicae Sedis gratia, redarguit Auctor, ac pluribus ostēdit, magna illum in ignoratione antiquitatis, Ecclesiasticarumque rerum versari.

I. De Patris, quo sit Pontifex ab Episcopis ornandus titulo, actum a nobis est copiose Epistola superiore. Itaque mihi facile persuadeo, esse illum deinceps te minus duriter laturum, quam homines belli soleant. Dabo nunc operam, ut ea te sollicitudine levem, qua angeris sane vehementi, propterea quod Praesides sint permulti sacrorum, qui se Episcopatu auctos profiteantur Apostolicae Sedis gratia. Nam cum id novum, (1) te judice, sit, tum est in Ecclesiam invectum stupore, quemadmodum tute censes, temeritateque imperitorum. Non enim ullae, inquis, sunt discipulorum Christi Epistolae, quarum hoc sit initium: *Paulus, Judas, Jacobus, Johannes Episcopus Apostolicae Sedis gratia.*

O Plumbeum pugionem! Quis enim tibi primum istud concesserit: quod in inscriptionibus Apo-

(1). Testes appellat Anonymus Tomassinum Parte IV. *lib.* I. *cap.* XII. *de Discipl.* etc. et Mabillonium De re *Diplomatica lib.* II. *cap.* II. *n.* X. At Thomasinus non in IV. quidem, sed in priore Parte Tom. I. lib. I. c. LX. *num.* X. *pag.* 213. Edit. *Lugdun. an.* 1706. Tò *Apostolicae Sedis gratia* tertio primum ac decimo seculo usurpari coeptum opinatur.

stolicarum Epistolarum non legitur, id esse inane; atque in Christianam societatem inscientia, erroreque inlatum? Qua enim tu in Epistola aut Paulli, aut Johannis, aut Judae, aut Jacobi legis: *Paullus*, vel *Johannes*, vel *Judas*, vel *Jacobus Dei gratia Episcopus*? In nulla prorsus. Quid? Errorene rudium Episcoporum factum concludes, ut orthodoxi Apostolos credant Episcopos constitutos, idque gratia fuisse Dei? Utrumque istud tu ipse, Lutherum, Calvinum, hujusque turbam Presbyterianorum sequutus, concludas licet; catholicorum certe erit omnino nullus, qui tibi sic concludenti non maximopere adversetur, neve te haereseos condemnet crimine. Jam vero cum ex silentio illo Apostolorum (ut Catholici quique censent) neutrum istorum sit consequens; qua demum ratione ex silentio eodem efficies tertium, quod est *de Apostolicae Sedis gratia*, inductum esse temeritate, erroreque imprudentium, pinguique minerva Antistitum?

At recens hæc est ratio, qua se Praesides sacrorum auctos affirmant Episcopatu, *Apostolicae Sedis gratia*. Equidem de hujus formulæ primordiis pugnare nolo. Sit ea, (nihil enim impedio) seculo undecimo nominis Christiani, vel tertio ac decimo, si mavis, recentior (1). Hoc ex te modo quaero, cur

(1) Confer notationem superiorem.

Episcopos recte dici neges *Apostolicae Sedis gratia* ornatos amplissimo munere? An tibi, (qui te ostentabas, quasi praestares summa antiquitatis peritia) repente ita obducta nox est, ut nescias, ex constanti jam inde a primis Ecclesiæ temporibus ad nos usque ducta traditione liquere, Ecclesias (occidentis præsertim (1)) ab Ecclesia Apostolica (2) Romana *mutuatas fuisse traducem fidei, et semina doctrinae, et continuo mutuari, ut Ecclesiae fiant, ac per hoc eas, ut ipsius soboles reputari?* Exque Cathedra Petri (quæ matrix (3), et radix (4) omnium Ecclesiarum est) exortam esse *unitatem* Sacerdotalem (5), indeque Episcopatum sumpsisse exordium (6)? Es-

(1) Vide Innocentii I. Epist. xxv. ad Decentium Eugubinum num. 2. pag. 356. Tom. I. Epistolar. Roman. Pontif. Edit. Paris an. 1721.

(2) Tertull de Praescript. cap. xx. et cap. xxII. et cap. xxxvI. confer etiam Vigilii Papae Epistol. II. T. II. Concilior. pag. 1432.

(3) S. Cyprian. Ep. xLv. ad Cornel. pag. 86., et Ep. xLvIII. p. 90.

(4) S. Cyprian. ibid. S. Augustinus cum alias saepe tum in Psalmo contra Donatistas pag. 5 Tom. Ix. oper.

(5) S. Cyprian. Epist. LIx. al. Lv. ad Cornel. pag. 135. Siricius Papa Epist. v. num. I. pag. 65. Tom. I. Epistolar. Rom. Pontif. Innocent. I. Epist. I. ad Victricium Rotomagensem num. 2. pag. 747. Tom. eod. Sed pene infinitus essem, si Patres omnes, Synodos, Pontifices nominare instituerem.

(6) Siric. Papa an. 386. Epist. v. ad *Episcopos Africae num. I. pag. 651. Edit. Paris. Epistolar. Romanor. Pontific.* T. I. ann. 1721. Innocentius I. an. 404. Epist. II. ad Victricium Rotomag. num. 2. pag. 747. et Epist. xxIx. ad Concil. Carthaginien. num. I. pag. 888. Omitto monumenta cetera, ne sim nimius. Uno tamen utar Synodi Romanae an. 863. cap. III. paS. 574. Tom. v. Concil. Edit. Hard. Paris. an. 1714. ubi legitur: „ ab Sede Apostolica Episcopos principium Episcopatus sumsisse, manifestum est.

seque praeterea illam Ecclesiarum totius orbis caput, (1) unde *in omnes venerandæ communionis jura dimanant* ? Super illam quoque *inaedificatam esse Ecclesiam*, adeo ut, qui junctus ei *societate communionis non sit*, veluti *extra arcam manens*, *pereat regnante diluvio* (2) ? *Ad eamque majores nostros reverendos illos Ecclesiarum magistros*, *clarissimaque illa populi Christiani lumina sui Sacerdotii sumpta principia misisse*, SUAE INDE SOLIDITATIS GRAVISSIMA FIRMITATIS ROBORAMENTA POSCENTES ? (3) Idque praeterea agnovisse Imperatores, qui propterea legationes ad Pontificem Romanum decreverunt (veluti factum a Theodosio Magno fuit) ut *roborari* impetrarent Constantinopolitani Episcopi (4) Sacerdotium? Nam Petro suscipiente im-

(1) Vide locum Synodi Sardicensis, quem supra indicavi; et Synodi Aquilej. an. 384 Epist. Synodicam n. 4. T. I. Epistolar. Roman. Pontif. pag. 554. et Siricii Papae Epist. I. ad Himer. Tarracon. ibid. p. 637. aliaque monumenta quae supra descripsi.

(2) S. Hieron. Epist. x ad Damasum n. 2. p. 545. T. I. Epistol. Rom. Pont.

(3) S. Gelasius Epist. VIII. p. 920. T. II. Concil. Edit. Paris. 1714. qui etiam addit: „ Beatissimi Petri Sedi „ antiquam reverentiam esse defe- „ rendam, per quam omnium Sacer- „ dotum dignitas semper est robo- „ rata, atque firmata. „

(4) S. Bonif. I. Epist. ad Rufum Thessal. ceterosque Episcop. Macedon. T. I. Epistolar. Roman. Pont. pag. 1043. : „ Clementissimae recor- „ dationis Princeps Theodosius Ne- „ ctarii ordinationem, propterea „ quod in nostra notione non esset, „ HABERE NON EXISTIMANS „ FIRMITATEM, missis a late- „ re suo Aulicis cum Episcopis, for- „ matam huic a Sede Apostolica di- „ rigi regulariter deposcit, qua ejus „ Sacerdotium roboraretur „. Tale quidpiam petit a S. Leone Marcianus pro Anatolio. Vide S. Greg. lib. V. Ep. XXI. p. 305. Tom. VII

petrari, ut quis apud Deum dignitate Sacerdotii, sive Episcopatus augeatur (1): Quid? Si (ut adversus Donatistas disputans IV. Seculo Optatus Milevitanus (2) scribit): *Petri cathedra est, in qua una ab omnibus servatur unitas, ne ceteri Apostoli singulas sibi quisque defenderent, ut jam schismaticus, et peccator esset, qui contra singularem Cathedram alteram collocaret; quam quidem cathedram, post Petrum, tenuit Linus etc.* nunc autem obtinet Pius Sextus, *cum quo*, (ut Optati tempore, *cum Siricio*) *totus catholicus orbis in una societate communionis concordat*? Itaque mirum non est, si S. Leo Epist. 79. ad Marcianum Imperatorem pag. 309. Edit. Rom. an. 1755. affirmet: Anatolium Constantinopolitanum sua, hoc est Apostolicae Sedis *χάριτι gratia* fuisse constitutum Episcopum (3).

(1) Ibid.

(2) S. Optat. lib. I. contra Donatistas Cap. II. sqq. pag. 31. Edit. Antuerpiae 1702.: „ Videndum est, „ *inquit*, quis prior Cathedram sederit? Si ignoras, disce; si nosti, „ erubesce. Ignorantia tibi adscribi „ non potest. Restat ergo, ut noveris ... Igitur negare non potes, „ scire te, in Urbe Roma Petro „ primum Cathedram Episcopalem „ esse collatam, in qua sederit omnium Apostolorum Caput Petrus, in qua una Cathedra unitas „ ab omnibus servaretur, ne singuli „ Apostoli singulas sibi quisque defenderent, ut jam schismaticus, „ et peccator esset, qui contra singularem Cathedram alteram collocaret. Ergo Cathedram unicam, „ quae est prima de dotibus, sedit „ prior Petrus, cui successit Linus etc. Damaso Siricius hodie „ qui noster est socius, cum quo „ nobis totus orbis commercio formatarum in una communionis „ societate concordat. Vestrae Cathedrae vos originem reddite, qui „ vobis vultis Sanctam Ecclesiam „ vindicare „.

(3) Cap. II. pag. 309. parte II. oper. Edit. Rom. an. 1755.

Jam si haec nosti, quid est, quod insectere Episcopos (occidentis praesertim) propterea quod ornatos se dignitate, *Sedis Apostolicae gratia*, profiteantur, a qua suum Sacerdotium ROBORATUM, atque CONFIRMATUM norint? An quod Apostolica Sedes *confirmat*, *roboratque* auctoritate sua, id ab eo, cui sit confirmatum, beneficii, seu gratiae loco habendum inficiabere? Sed neges tu quidem, quam pervicacissime possis, Patres certe adversarios experiere, qui multo etiam minora, quae ipsis ab Sede Apostolica concessa, aut confirmata essent, gratiae, seu beneficiorum loco habuerunt. Age vero qui *soboles* sint Apostolicae Sedis, huic *matrici*, *radici*, *centro unitatis orthodoxae*, *capiti*, *origini suae* acceptum non referent, quod inde in ipsos *jura venerandae communionis dimanent*; quod ab ea sui Sacerdotii *robur* obtineant; quod eidem juncti cum sint, episcopatus legitimi munere fungantur? Acceptum autem referre quid est, nisi fateri, id ejus te gratia tenere, cui fateare acceptum esse referendum? Quae cum ita sint, qua tu animi impotentia audebis vitio Episcopis vertere, quod se *Episcopos* dicant *Apostolicae Sedis gratia*? Nimirum imperitum rerum Christianarum, mihi crede, insigniterque impudentem esse oportet eum, qui cum haec ignoret, tum quod ignorat, blasphemare non dubitet.

Evangelistarum loca con-

II. Redis ad Evangelii loca: *Tu es Petrus etc.*

Paſce oves meas etc. eaque sic interpretari studes, ut eadem suffragio Sacris Antistitibus neges fore, qui *Apostolicae Sedis gratia* se esse Episcopos gloriantur. Honeste vero te acturum pollicere. Non enim ipsa arbitratu tuo, sed doctrinis Sanctorum Patrum te esse explicaturum. His porro a dogmatibus, quibus sunt imbuti, averti posse existimas cives tuos; eosque etsi rudes fingis, sat tamen facultatis habere doces (si sensu bono, ac bona sint voluntate) qua de Patrum eorumdem traditione doctrinae judicent. Ita tu quidem, cum civibus ipsis tuis praecipis, ut suis Episcopis pareant; tum tecum ipse confligens, eos, etsi, ut scribis, rudes, dum tamen judices constituis, simulque curas, ut ne retineant institutionem, qua fuerint ab suis pastoribus informati; id contendis, atque conare, ut a pastoribus ipsis suis audiendis deterreantur. Verum quid tergiversare? Cedo testimonia Patrum. Sed nullum affers. Scilicet rejicis nos in Natalis Alexandri Historiam, qua illa ipsa testimonia contineri mones, quibus τὸ *super hanc petram* non de Petro, sed de Petri confessione intelligi oportere statuitur. At est ea Alexandri historia latine scripta. Quid autem? si novi tui isti *Judices* latine docti non sint, cum eos rudes esse testere? Quid? (si forte non sint imperiti latinae Linguae) ejus ipsis historiae parandae potestas desit? Quid denique? si ea non sit canon seu regula, (ut non est revera) ad

Torquet Anonymus, invitisque Patribus, in eam partem rapere conatur, qua confidit, se esse consecuturum, ut (secus quam veritas postulet) Episcopus dicatur nemo Apostolicæ Sedis gratia.

quam sit doctrinae veritas exigenda ? Sed fac (falsum id quidem , at detur tamen tibi liberaliter) fac , inquam , ut Canonis habeatur loco ; quid in ea legis de versu 17. cap. xvi. Evangelii Matthaei : *Tu es Petrus etc.* ? Nisi captus oculis es , sic profecto leges : „ Haec verba : *Et super hanc Petram etc.* ad sin-
„ gularem S. Petri personam , non vero ad ejus con-
„ fessionem , aut ad Christum ipsum referenda esse
„ EVIDENTER *ostendit* tota series contextus . Ver-
„ ba enimvero antecedentia , scilicet : *Beatus es Si-*
„ *mon Bar-Jona etc.* , *Et Ego dico tibi* , *quia tu es Pe-*
„ *trus etc.* spectant singularem Petri personam ; er-
„ go et sequentia verba : *Et super hanc petram aedi-*
„ *ficabo Ecclasiam meam* , quae veluti coronidis vi-
„ ce adjicit , ad ipsum quoque Petrum pertinent.
„ Praeterea valde implicata esset , ac perturbata
„ series verborum Christi ; nisi eodem tenore ora-
„ tionem ad unum Petrum flexisset . Hic enim esset
„ illorum sensus : *tu* , mi Apostole , *es Petrus* , *et*
„ *super hanc petram*, *idest supra me*, *aedificabo Eccle-*
„ *siam meam*,*et tibi Petro Apostolo dabo claves regni*
„ *caelorum* . Quibus verbis quid intricatius proferri
„ possit , non video . Quocirca SS. Patres COMMU-
„ NI SUFFRAGIO S. PETRUM ILLAM ESSE PE-
„ TRAM ASSERUNT , SUPER QUAM ECCLE-
„ SIA FUNDATA SIT . „ Numerantur inde a Natali Alexandro in eodem Historiae loco , Patres Grae-

ci Origenes, S. Basilius, S. Gregorius Nazianzenus, S. Johannes Chrysostomus, S. Cyrillus Alexandrinus, S. Epiphanius (1); deincepsque latini Tertullianus, S. Cyprianus, S. Hieronymus, S. Hilarius, S. Augustinus, S. Prosper, S. Leo (2).

At enim produci ab Natali Alexandro, inquis, Patrum, ac Pontificum testimonia, quibus efficitur *petram, super quam est fundata ecclesia, esse confessionem, ac fidem Petri*. Sed heus tu, qui Alexandro teste utere, doce nos, qua ille dissertatione complexus ea testimonia fuerit? Sed eam taces. Tomum VIII. indicas Editionis Parisiensis: quasi vero non plus una sit ejus Historiae Parisiensis editio. Quid? Verere, inquies, ne cum non indicarim Natalis locum, quidquam arbitratu meo confinxerim? Vereor hercle. Novi enim hoc etiam in genere quam sis excellens. Atque efficiam profecto, id ut popularibus ipsis tuis sit exploratum. Noscant autem, potissimum aveo, extulisse te Alexandri sententiam secus quam ille voluerit. Nam is in Dissertatione IV. in

(1) His potuisset adjungere Firmilianum Cappadocem, Eusebium Caesareensem, S. Athanasium Alexandrinum, S. Cyrillum Hierosolymitanum, Acta Synodi Ephesinae, Theodoritum, aliosque plures, quos recensuit Mamachius Tom.v. Part.I. Antiquit. Christianar. pag. 134. sqq.

(2) Meminisse etiam potuisset S. Zenonis Veronensis, S. Philastrii Briziensis, S. Ambrosii Mediolanensis, Ambrosiastri, S. Petri Chrysologi, S. Maximi Taurinensis, quos idem Mamachius numerat ibid. p. 137. sq.

Seculum I. §.111. sic habet (1): *Nego*. Attende, quaeso, quid neget. *Nego*, inquit, *quod verba illa* (super hanc petram etc.) *sic ad fidem Petri referenda sint,* UT AD PETRUM IPSUM MINIME REFERANTUR. *Ad probationem respondeo: SS. Patres laudatos* REFERRE ISTA VERBA AD FIDEM, ET CONFESSIONEM *Petri, non quidem solam, et seorsim spectatam, sed prout edita est ab ipso Petro, suumque meritum in illum refudit: sive ut clarius dicam. haec verba ita intelligunt de Petri confessione, ut illa etiam de Petro ipso exponant; et cum supra fidem,*(2) *et confessionem Petri fundatam scribunt Ecclesiam, causam meritorum indicant, ob quam Sanctus Petrus eam consequutus sit dignitatem, ut fundamentum esset Ecclesiae. Cum vero supra petram fundatam dicunt, subjectum notant illius dignitatis ... quod unus instar omnium Hilarius persuadebit* (3). Vides ne, quemadmodum τὸ *super hanc petram*, sic ad confessionem Petri referat, referrique animadvertat a Patribus, ut in Petrum ipsum plane recidant, qui ejus confessionis causa, *Petra* sit ipse constitutus, super quam sit

(1) Resp. ad Object. pagin. 86. Tom. III. Edit. Lucen. an. 1749.

(1) Vide Mamachium ibid. p.166. sqq.

(2) Natal. Alexan. ibid.: „ad auctoritatem S. Augustini respondeo, „ipsum, et NONNULLOS alios „Patres, qui haec verba ad Christum INTERDUM referunt, non „excludere aliam expositionem, qua „ad S. Petrum convenientius referuntur a ceterorum Patrum choro, immo utrumque sensum adstruere„.

sit aedificata Ecclesia? Et audebis tamen, cum haec suppresseris, dicere: egisse te bona fide?

Sed addis (fide ne pari, paulo post demonstraro) addis, inquam: esse *Sanctos Patres*, eosque *multos*, qui *petrae* vocabulo, in eo Matthaei loco, *intelligi* Christum censeant. Verum cur eos ne commemorasti quidem, ut cives tui, quam sint Patres iidem multi cognoscerent? Nataline Alexandro id fuisse curae defendes? At is *nonnullos* fuisse Patres monet, qui ita *interdum* dicerent, non *multos*; quamquam mox adjungit, eos *nonnullos* non repudiasse, immo vero probasse interpretationem, qua verba eadem ad S. Petrum *convenientius referuntur*. Istane vero fide cum agas, ut τὸ *interdum* Natalis Alexandri in *semper*, et τὸ *nonnullos* in *multos* commutes; non metuis, ne cives tui doli te mali, ac fraudis arguant? Pergis porro, ac esse plures affirmas, qui statuant, Petrum fuisse loquutum non uno suo, sed etiam Collegarum nomine; quare Christi verba *de petra*, *super quam sit aedificata Ecclesia*, ad omnes Apostolos attinere, atque ad Ecclesiam universam, quam prae se Petrus idem ferebat.

Jam opperiar, dum Natali Alexandro duce, haec abs te propugnari gloriere. At quam vere! Certe Alexandri dissimilis est sententia. Is *ratione gubernationis* dici Apostolos recte *fundamenta* concedit; sed id SOLI PETRO, ut ORDINARIO PASTORI, Sor-

bonae assensus, tributum arbitratur; aliis vero *extraordinario* quodam jure. Rursum: testimonia Patrum poscere affirmat, ut *Claves Apostolis* fuisse datas credamus, *cum dependentia a Petro, et cum subordinatione ad ipsum*. Postremo, *Petro*, ait, *fuisse collatas claves . . . ut Ecclesiae supremo, post Christum, et sub Christo, rectori, ac moderatori . . . quomodo princeps populi gladium accipit, et ad ejus tuitionem totum regni splendorem convertere tenetur. Quo sensu Sanctum Petrum claves nomine Ecclesiae accepisse dixit S. Augustinus* (1). Equidem, si quid pudoris est in te reliqui, nullus dubito, quin hisce doctrinis ita commotus, conturbatusque sis, te ut poeniteat, permissos abs te cives tuos in fidem fuisse Alexandri, quem experiundo didiceris tam esse certum, et gravem inimicum tibi.

Quamquam ego non quid Alexandro venerit in mentem; sed quid Patres senserint, id vero esse probandum, ac sequendum credam. In Patrum autem traditione expendenda, regula utar, quae praescripta Catholico cuique ab Augustino est, cum de dijudicandis Sacris Bibliis ageret. Est ea hujusmodi: „ In „ iis Ecclesiarum Catholicarum quam plurium au„ ctoritatem (indagator Scripturarum) sequatur, „ inter quas illae sint, quae Apostolicas Sedes habe-

(1) Confer etiam Mamachium p. 270. sqq. et pag. 288. sqq. T. II. Epistolar. ad Febron. Ep. III.

„ re, et Epistolas accipere meruerunt (1)„ . Apostolicarum autem principem esse Romanam Augustinus idem docet (2). Huic praeiverat Tertullianus, qui in xxxv. Capite Libri, qui est de Praescriptionibus Haereticorum : „ Ista, *inquit*, quam felix Ecclesia, „ cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo „ profuderunt. Videamus, quid didicerit, quid do„ cuerit etc. „ Jam multo ante Tertullianum Irenaeus in tertio contra haereses libro (3) : „ Ad hanc enim „ Ecclesiam, *inquit*, omnem Ecclesiam convenire „ necesse est, propter potiorem principalitatem. „ Eam enim, quam habet ab Apostolis traditionem, „ per successiones Episcoporum pervenientem usque „ ad nos indicantes, confundimus eos omnes, qui „ quoquo modo vel per sibi placentia, vel vanam „ gloriam, vel per caecitatem, et malam scientiam „ praeterquam oportet, colligunt „ . Praetereo ceteros ut Optatum, ut Ambrosium, ut Petrum Chryso-

(2) Lib. II. de Doctr. Christian. cap. VIII. n. 12. pag. 1S. Tom. III. P. I. oper. Edit. ejusd.

(2) Epist. XLIII. num. 7. pag. 69. T. II. oper. Ed. Antuerp. an. 1700. „ Romana Ecclesia, *inquit*, *in qua* „ *semper Apostolicae Cathedrae vi*„ *guit Principatus* „ .

(3) S. Iren. lib. III. cap. III. p. 175. Edit. Venetae an. 1734. Confer Renatum Massuetium Monachum Benedictinum Congr. S. Mauri Diss. III. in Iren. Artic. IV. n. XXX. sq. p. 107. sqq. Ed. ejusd. S. Athanas. n. XXXVI. Hist. Arianor. ad Monachos p. 365. Tom. I. Parte I. Ariani IV. Seculo Romanam Ecclesiam jam inde ab initio ob *Sedem Apostolicam* fuisse testati sunt φροντιστήριον pietatis. Vide Sozomenum lib. III. Hist. Eccl. cap. VIII.

logum, ut Possessorem, ut Synodos Africanas, ut Theodorum Studitam, ut alios pene innumerabiles, qui, regula eadem usi, impetus studiosorum novarum rerum fregerunt. Tanta vero cum sit Sedis Apostolicae auctoritas, videamus, quid ea de loco Matthaei *Tu es Petrus etc.* docuerit, doceat. S. Stephanus Martyr, ut est apud Firmilianum in Epistola ad S. Cyprianum „ (1) Per successionem habere se Pe„ tri cathedram praedicabat (medio fere seculo III.) et „ sic de Episcopatus sui loco gloriabatur, ut se „ successionem Petri tenere contenderet, SUPER „ QUEM FUNDAMENTA ECCLESIÆ COLLO„ CATA SUNT „. Id quod ille traditione *successionis* Pontificum superiorum acceperat, quorum certe tam insignis auctoritas non fuisset, nisi hanc successionis jure ex Petro, *super quem est aedificata Ecclesia*, in se permanasse et ipsi, et orthodoxi reliqui (ut Irenaeus indicat) credidissent. Quod idem, qui deinceps ad clavum sederunt Ecclesiae Romanae Episcopi et retinuerunt; et omnibus ut persuasum esset, veritate ducti, curarunt. In horum fuit serie

(1) Edit. oper. Cyprian. Oxon. an. 1682. p. 225. S. Cyprianus Cornelium ut Fabiani, ita Petri Successorem fuisse demonstrat. Nam Epist. LV. al. LII. ad Antonianum pag. 104. Edit. Oxon. ann. 1682. „ Factus est, *inquit*, Cornelius Episcopus . . . cum Fabiani locus, „ idest cum locus Petri, et gradus „ cathedrae Sacerdotalis vacaret „. Quod si hinc intelligitur successorem Fabiani fuisse Cornelium, cur non item intelligi debet, eumdem successorum fuisse Petri?

Bonifacius I. qui, ut alios taceam, seculo v. ad Rufum Thessalonicensem, Episcoposque reliquos per Macedoniam, Achajam, Thessaliam etc. constitutos scribens, post allatum Evangelii locum illum *Tu es Petrus etc.* „ Quicumque, *inquit*, cupit etiam ante Deum nostrum „ Sacerdotii dignitate censeri, quoniam ad Deum, „ Petro suscipiente, pervenitur, in quo Ecclesiam „ universalem CERTUM EST ESSE FUNDA- „ TAM „ (1). Quo autem modo CERTUM habuisset, nisi idipsum constans, perpetua, firma Sedis Apostolicae doctrina postulasset, cui nemo sane adversabatur orthodoxorum? Quo etiam seculo Legati Apostolicae Sedis in Oecumenicis Synodis Ephesina (2), et Chalcedonensi (3) id sibi jure sumserunt: „ Pe- „ trum Apostolum petram esse Ecclesiae Catholicae, „ et rectae fidei fundamentum „. Atque iis nullus fuit Patrum, qui aut repugnaret, aut non prorsus assentiretur. Eodem spectant, quae sermonibus, Epistolisque suis complexus est S. Leo Magnus. Nam is Sermone XCVIII. (4): „ Petrus Apostolus, *in-* „ *quit*, confessus est gloriam Deitatis, quia non ad

(1) Recitata haec Epistola in Concilio Rom. fuit an. 531. Confer T. II. Concil. Edit. Paris. an. 1714. p. 1126.

(2) Action. III. Tom. I. Concilor. Edit. ejusd. pag. 1478.

(3) Concilium. Chalced. Act. III. pag. 346 T. II. Concil. Edit. ejusd.

(4) Al. XCIV. *de Transfigurat. Domini cap.* I. Edit. Rom. an. 1753. quo recidunt quae perinde scribit Serm. C. *De Cathedra S. Petri* p. 287. De Epistolis agam alio loco opportune.

„ solam respexit substantiam carnis, et sanguinis; „ *Tantumque* in hac fidei sublimitate complacuit, ut „ beatitudinis felicitate donatus sacram INVIOLA- „ BILIS PETRAE ACCIPERET FIRMITATEM, „ SUPER QUAM FUNDATA ECCLESIA, portis „ inferi, et mortis legibus praevaleret, nec in sol- „ vendis, ligandisque quorumcumque causis aliud „ ratum esset in caelis, quam quod Petri sedisset „ arbitrio „. Cum hoc consonant, qui deinceps Romanae Ecclesiae gubernacula susceperunt, ut S. Felix III., (1) Gelasius, (2), Symmachus, (3) Hormisdas, (4) Bonifacius II. (5), Vigilius, (6) Pelagius (7) Gregorius Magnus (8) Leo II. (9) Hadrianus I. (10), ceteri quos commemorare neque opus est, nec vero vacat. Non sum nescius fuisse horum aliquos, qui in confessione Petri fundatam fuisse Ec-

(1) Vide acta Synod. Rom. sub Felice an. 485. Tom. II. Concilior. pag. 856., et sqq.

(2) Epist. II. seu Commonitor. ad Faustum Magistrum pag. 884. Tom. ejusd. et Epist. VIII. seu Tractatu de Sentent. Excom. ibid. pag. 919.

(3) Synod. Rom. ann. 503. ibid. pag. 983.

(4) Epist. X. ad Joan. Nicopolit. pag. 1063.

(5) In Conc. Rom. an. 511. ibid. pag. 1126.

(6) Ep. II. ad Euther. ibid. p. 1432.

(7) Epist. III. ad Episc. Istriae pag. 415. Tom. III. Concilior. Ed. ejusd. et Epist. XV. pag. 419.

(8) Lib. IX. Epist. XX. ad Mauricium pag. 301. Tom. VII. Edit. Venetae ann. 1770. Mitto cetera ejus loca, ne nimius sim.

(9) Epist. V. ad Ervigium Regem pag. 1734. Tom. III. Concilior. Edit. ejusd.

(10) Epist. ad Constantinum, et Irenem Augg. Tom. IV. Concilior. pag. 94.

clesiam scripserint . Sed iidem ipsi confessionem ejusmodi rationem fuisse testati sunt , cur Petrus Petra Ecclesiae , ac fundamentum constitueretur. Itaque confessione Petri solidatam Apostolicam Cathedram docet Symmachus Pontifex in Synodo Romana (1) , cujus paullo ante memini . Atque ante Symmachum Leo Magnus (2) „ soliditas, *inquit* , illius fi-
„ dei , quae in Apostolorum Principe est laudata,
„ perpetua est ; et sicut permanet , quod in Christo
„ Petrus credidit , ita permanet quod in Petro Chri-
„ stus constituit „ . Et Epist. V. (3) „ . Dominus
„ Apostolicae dignitatis Beatissimo Apostolo Petro
„ PRIMATUM, FIDEI SUÆ REMUNERATIONE,
„ commisit UNIVERSALEM ECCLESIAM IN
„ FUNDAMENTI IPSIUS SOLIDITATE CON-
„ STITUENS „ . Quo etiam revolvi video , quae Gelasius , (4) aliique Sedis Apostolicae Praesules

(1) An. 503. Tom. II. Concilior. pag. 983.

(2) Serm. II. de Assumptione sua ad Pontificatum p. 5. Confer etiam Sermonem III. cap. II. pag. 8. et Serm. IV. cap. III. pag. 13. P. I. Edit. an. 1753.

(3) Cap. II. pag. 28. et Eipist. X. ad Episcop. per Vien. Provinciam constitutos cap. I. p. 37. sqq. P. II. et Epist. XXV. ad Flavian. cap. V. pag. 125. Et Epist. XXX. ad Ephes. Synod. II. cap. I. pag. 149. et sqq. et Epist. CXXXIX. ad Leon. Augustnm cap. II. pag. 433.

(4) Ep. I. ad Euphemian T. II. Concilior. pag. 879. et p. 883. quo loco Petri confessionem, Petrum ipsum, Petrique Sedem perinde valere confirmat , adeoque *regendos suscepisse* Christianos scribit . Confer etiam ejus Epist. II. ad Faustum pag. 884. et IV. ad Anastas. pag. 893. sq. et Ep. VIII. seu Tract. p. 919.

litteris commendarunt . Ac de Romanae Ecclesiae traditione, quae ad recte intelligendum Matthaei locum = *Tu es Petrus etc.* pertinet, satis dictum est.

De Ecclesiis Apostolicis reliquis quid ego tibi subtiliter? Totae sunt nostrae. Proxima est tibi Achaja? habes Corinthum, inquit Tertullianus *Praescriptionum* Cap. xxxvi. Jam ejus urbis Ecclesia cur ad Romanam Seculo I. confugit, cum Clemens I. Pontificatum gereret, petiitque sibi, ut adesset, atque audaciam eorum, qui a suis Praepositis defecissent, comprimeret; nisi quia Romanam ipsam firmamentum, ac petram esse cognorat, in qua esset aedificata Ecclesia, cuique propterea onus ovium quarumcumque Christi in officio continendarum incumberet ? Manasse autem id sententiae genus in posteros Corinthios ex litteris Bonifacii I. ad Rufum de Perigene eorum Episcopo, plane liquet. Nam Perigenem illi ultro sibi praefici ab Sede Apostolica voluere, propterea quod: „ Maneat per B. Apostolum Petrum, per sententiam „ dominicam, universalis Ecclesiae ab hoc sollicitudo „ suscepta; quippe quam, Evangelio teste, in se „ noverit esse fundatam, nec umquam ejus honor „ vacuus possit esse curarum, cum CERTUM sit „ summam rerum ex ejus deliberatione pendere „ . (1) Quid? Si ex eorum numero, qui an. 451. in Syno-

(1) Vide Syn. Rom. sub Bonif.II. an. 531. pag. 1125. sqq. Tom. eod.

dum Chalcedonensem convenere, unus fuerit Petrus Corinthi Archiepiscopus, qui cum ceteris una clamarit„ : *Petrus per Leonem* loquutus est (1) „ : idque pronunciarit, posteaquam lecta fuit Leonis ejusdem P.M. ad Flavianum Epistola, in qua erat scriptum„: Solidita„ tem Petrum traxisse a principali Petra Christo etc „ Quin etiam cum Legati Sedis Apostolicae nunciassent : „ Nudatum esse Episcopatu Dioscorum Alexan„ drinum a Leone per Synodum una cum ter Bmo Pe„ tro Apostolo, QUI EST PETRA Ecclesiae Catho„ licae etc. „ (2) Petrus idem Corinthi Antistes provinciae Achajae dixit : „ Consentio et ego his inter„ locutionibus Vicariorum Smi et Bmi Archiepi„ scopi Maximae Romae Leonis „ . (3) Quod si nunc Corinthii partes sequuntur Photianorum, testes tamen, etsi inviti, testes, inquam, sunt veritatis, ut qui quotannis illud canere publice soleant, quod est in Euchologio (4) : „ Misericors Domine, qui Princi„ pi tuorum ... Apostolorum Petro *τὴν σὴν οἰκοδόμησας Ἐκκλησίαν* TUAM ÆDIFICASTI ECCLE„ SIAM etc.

Revertor ad Tertullianum. Pergit scribere : „ Si non longe es a Macedonia, habes Philippos, habes

(1) Syn. Chalced. Act. II. p. 295. sqq. Tom. eod. II. Concilior.
(2) Ibid. pag. 346.
(3) Action. III. pag. 347. sq.
(4) Apud Goarium Euchol. p. 546. Edit. Venetae an. 1730.

Thessalonicenses (1) Habeo hercle. Nam ad Thessalonicensium Antistitem Rufum, reliquosque Episcopos Thessaliae, Macedoniae etc. datae litterae illae a Bonifacio I. fuere, ex quibus paullo ante insignem descripsi locum de Petro. Quibus sane litteris non modo non restitere Macedones, Thessali etc., verum etiam mirifice consensere. Quod idem factum ab ipsis est, cum ad eos LeoMagnus Pontifex scripsisset:,, ,, Quia per omnes Ecclesias cura nostra distendi- ,, tur, exigente hoc a nobis Domino, qui Apostoli- ,, cae dignitatis Bmo Apostolo Petro primatum fi- ,, dei suae remuneratione, commisit, universalem ,, Ecclesiam in fundamenti ipsius soliditate consti- ,, tuens ,,. (2) A majoribus autem id acceperat Stephanus Larissensis in Macedonia prima Metropolita, quod anno 531. ad Bonifacium II. scripsit: ,, (3) ,, Nullus Ecclesiasticus ordo illam vestram, quae a ,, SALVATORE OMNIUM, ET PRIMO PASTO- ,, RE vobis est collata, potest praecellere POTE- ,, STATEM. Quantum nos apud Deum OMNES ,, PRÆCELLITIS, tanto vos necesse est cogitare, ,, quia haec est probatio Deum amantium, ut POST ,, DEUM, PATER, ET DOCTOR SANCTÆ EC-

(1) Tertull. ibid.

(2) Epist. v. ad Episcopos Metropol. per Illyricum constitutos c.II. pag. 28. Parte II. oper. et Ep. XII. ad Anastasium Thesal. c. XI. p. 55.sq.

(3) Vide Acta Concilii Rom. an. 531. Tom. II. Concilor. p.IIII. sqq.

„ CLESIÆ PETRUS VESTRÆ , ET TOTIUS „ MUNDI TESTATUR etc. „ et = „ Auctoritas „ Sedis Apostolicae, quae a Deo, et Salvatore nostro, „ summo Apostolorum data est , omnibus sanctarum „ Ecclesiarum privilegiis antecellit . „ Nec vero aliter instituti Episcopi ejusdem Provinciae Elpidius , Stephanus , ac Timotheus fuerunt . Nam est eorum quoque in hanc sententiam ad Bonifacium eumdem perscripta Epistola (1) = „ Vestram appellamus Beatitudinem , et Apostolicam Sedem , et per eam ter. „ Beatum Petrum . . . . Constat venerandos (2) Se. „ dis vestrae Pontifices , quamvis in toto mundo „ Sedes Apostolica Ecclesiarum sibi vindicet prin- „ cipatum , et solam Ecclesiasticis causis undique ap- „ pellare necesse sit ; specialiter tamen gubernationi „ suae Illyrici Ecclesiam vindicasse „ . Sed .omnia persequi non est otium . Hoc tecum considera : Philippensem , Thessalonicensem , reliquasque Macedoniae , Thessaliaeque Ecclesias , etsi schismate nunc Photiano laborant; fateri tamen (ut est in Euchologio Graecorum loco proxime descripto , inque Doxastico ad diem XXXIX. Junii) *Petrum* non solum Apostolorum coryphaeum esse ; verum etiam *petram fidei* .

Progreditur ad Asianos Tertullianus (3) : ,, Si po-

(1) Ibid pag. 1117. sq.

(2) Adjuncta haec fuere ab Theodosio Echinensi Thessalorum ad Romanam Synodum Legato ib. p. 1118.

(3) Ibid. loco supra indicato .

„ tes in Asiam tendere, habes Ephesum. „ Est inde etiam Auctoritas praesto mihi. Scilicet in Oecumenicae Ephesinae Synodi anno 431. habitae Actione III. nemo unus fuit, qui assentiri se negarit Philippo S. Sedis Legato palam praedicanti : „ Nulli dubium, „ et seculis omnibus notum est, quod Sanctus Pe- „ trus Apostolorum Princeps, et caput, fideique co- „ lumna, et ECCLESIÆ CATHOLICÆ FUNDA- „ MENTUM a D. N. J. C. claves Regni acce- „ pit. „ (1) In Synodo Constantinopolitana Oecumenica Octava Action. III. (2) lecta fuit Epîstola Ignatii Patriarchae ad Nicolaum I., in qua *τὸ super hanc petram etc.* de Petro Apostolo SUMMÆ POTESTATIS SUSCEPTORE intelligi oportere ostenditur. Actione vero IV. (3) recitatae fuerunt Litterae Nicolai ad Imperatorem, quàe idem ferebant. Acclamatum porro utrique fuit a Patribus, e quorum numero fuere Basilius Ephesi, (4) et Metrophanes Smyrnaeorum. (5)

Accedunt Ecclesiae Cypri, quae non video, cur non sint referendae in numerum Apostolicarum. Nam et Paphi, et Salaminae Paullum docuisse ex Capite XIII. Actorum Apostolicorum constat. Jam seculo IV. Epiphanius Antistes Salaminiorum Haeres LIX.

(1) Action. III. pag. 1478. T. I. Concilior. Edit. Paris. an. 1714.

(2) Tom. V. Concilior. pag. 791.

(3) Ibid. 809.

(4) Ibid. pag. 913.

(5) Ibid. pag. 788. 797. et 817.

Num. VIII. (1) de Petro agens : „ Ille , *inquit*, fir-
„ missimus structurae lapis , ac divinae domus fun-
„ damentum fuit , cum negato Christo , reversus ad
„ se , velut repertus a Domino , et honore tanto af-
„ fectus , audivit : *pasce oves meas etc* . „ Sapricium
autem Paphi Episcopum interfuisse (2) Ephesino Concilio an. 431. , assensumque fuisse iis , quae ab Legatis de Petro Apostolo praedicata fuerant , quis neget ? Sergius vero Cypriensis in ea Epistola quae est ad Theodorum Papam . quaeque an. 649. lecta fuit Action. II. (3) Synodi Lateranensis sub Martino I. an. non se in doctrina majorum constanter perseverasse demonstravit ? scribens : „ *Firmamentum a Deo fi-*
„ *xum* , *et immobile* . . . vestram Apostolicam Se-
„ dem constituit . . . Christus . Tu es enim (sicut
„ veraciter pronunciat Verbum) Petrus , et super
„ Fundamentum tuum Ecclesiae columnae confirma-
„ tae sunt etc. „

His consentanea sunt, quae Episcopi Palestinae (ita plane , ut a majoribus acceperant) , litterarum mandata monumentis posteritati propagaverunt . Eusebius Caesareensis vetus auctor imprimis, inque Antistitum superiorum scriptis colligendis , legendis, de-

(1) Pag. 500. Edit. Paris. 1722.

(2) Tom. I. Concilior. pag. 3423. Edit. Paris. an. 1714. et 1529.

(3) Tom. III. Concilior. p. 730.

scribendis diu multumque versatus, in VI. (1) Historiae, et in III. Evangelicae Demonstrationis Libro tam perspicue de Petro petra, in qua est Ecclesia divinitus constituta, egit, ut nullum cuiquam reliquerit dubitandi, aut aliorsum Verba Christi, apud Matthaeum, contorquendi locum. Cyrillus porro Hierosolymitanus Petro dictum a Christo fuisse animadvertit, τὸ *super hanc petram etc.*, (2) ut etiam illlud: *Et tibi dabo claves Regni caelorum* (3) et: *Beatus es, Simon Bar-Jona* (4); quare Petrum eumdem πρωτοστάτην (5) *praesidem*, et *principem Apostolorum*, et *claves Caeli circumferentem*, (6) et *regni Caelorum clavigerum* (7) appellat. Non discrepat a Cyrillo Juvenalis, qui Seculo V. Synodis Ephesinae (8) et

(1) Cap. XXV. pag. 252. Ed. Taur. an. 1740. πέτρος ἐφ᾽ ᾧ οἰκοδομῆται ἡ χριστοῦ ἐκκλησία. *Petrus super quem aedificata est Christi Ecclesia*.

(2) Catech. XVIII. n. XXV. p. 297. Edit. Paris. an. 1722.

(3) Catech. XIV. pag. 218.

(4) Catech. pag. 150.

(5) Ibid.

(6) Catech. VI. pag. 96.

(7) Catech. XVII. n. XXVII. p. 277.

(8) Is non modo non repugnavit iis, quae Actione III. Synodi Ephes. pag. 1478. Tom. I. Concilior. dicta fuerant ab Legato Sedis Apostolicae de Petro *Ecclesiae Catholicae fundamento*; verum etiam consentanea eum fuisse loquutum una cum Patribus ceteris confessus est *ibid. pag.* 1479. *sq.* synodicisque Epistolis subscripsit, in quibus magnifice agitur de Apostolica Sede, Petri certe causa, p. 1483. Jam Act. IV. pag. 1490. subscripsit idem Synodo Chalcedonensi Action. III. p. 374. et pag. 383. T. II. Concilior. Quin etiam ad Synodicas litteras ejusdem Concilii ad Leonem Magnum, suum adscripsit nomen, ut ex codicibus optimae notae liquet. Confer T. II. oper. S. Leon. p. 291. sqq. Edit. Rom. an. 1755. Quibus quidem in litteris (ob Petrum) *suscepisse Leonem a*

Chalcedonensi interfuit. Eadem in doctrina perstitit Petrus Seculo VI.. (1) Sophronius autem, qui Seculo VII. sapientiae, virtutisque laude insignis, eamdem est Hierosolomytanam Ecclesiam moderatus, Stephanum Dorensem Romam misit ad Apostoli Petri Sedem, ubi *orthodoxorum dogmatum fundamenta existunt*. Legito Action. II. Synodi Lateranensis sub Martino I. (2) Quamquam tu non veteres, sed novum Pseudo-Patriarcham Nectarium sequi maluisti, qui a dogmatibus majorum suorum, recessit, quemadmodnm tute defecisti ab iis, quae a S. Bonifacio Doctore et Apostolo suo Germani cives tui *Dei docibiles* didicere.

Johannes Chrysostomus traditionis Ecclesiae Antiochenae testis est locuples. Nam in ea cum aducatus, excultusque doctrina fuisset, tum Catechistae functus est munere. Confer ejus Homilias adversus Judaeos (3) V. et VIII., (4) quas habuit Antiochiae, et Homiliam III. de Poenitentia, (5) et Homiliam in

Salvatore vineae custodiam legimus. Scripsit praeterea Juvenalis ad *Leonem*, cui quidem respondit Leo *Ep.* LXII. al. CX. eumque ad suas litteras ad Flavianum remisit, quas idem Juvenalis commemorarat (p. 407.), et in quibus cap. V. p. 125. de Petro petra disseritur.

(1) Syn. Hier. an. 536. pag. 1415. Tom. II. Concilior.

(2) Pag. 774. Tom. III. Concilor.

(3) Num. 2. pag. 630.

(4) Num. 3. pag. 677. Tom. II. Edit. Paris. an. 1718.

(5) In qua sic habet n. 4. p. 302. Tom. eod. II. „ Petrus ille Apostolorum princeps, in Ecclesia primus, „ amicus Christi, qui revelationem „ ab hominibus non accepit, sed a „ Patre, sicut ipsi testimonium

illud : *hoc scitote* ,, (1) ubi : Petrus, *inquit* chori illius ,, coryphaeus, caput illius familiae, orbis totius praefectus θεμέλιος FUNDAMENTUM Ecclesiae ,, .

Non me fugit, dictum fuisse alicubi a Chrysostomo: super fidem confessionis Petri fundatam esse a Christo Ecclesiam . (2) Verum idem ipse interpres sui *Homil. II. in inscriptionem Actorum* Apostolicorum , (3) : ,, Quia , *inquit* , fidem CUM ,, CONFESSIONE SINCERA EXHIBUIT , hoc ,, nomen hereditavit : *tu es Petrus* , *et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam* ,, . Tenes quae fuerit ratio , cur Simon nomen haereditarit Petri , seu petrae , *super quam esset aedificanda Ecclesia* . Id vero ille confirmat *Homil. in illud* : *hoc scitote* (4) : ,, ,, Nam Petrus , *inquit* , illius Chori coryphaeus , os ,, Apostolorum omnium , caput illius familiae , orbis ,, totius praefectus , FUNDAMENTUM ECCLESIÆ etc. ,, Ac de Chrysostomi quidem testimoniis satis dictum est . Quod si plura voles , consulito Mamachium , (5) quem tute interdum sequi dictitas au-

,, Dominus reddit : *Beatus es etc.* ,, Petrum dico , PETRAM nomino , quae frangi nequit , crepidinem immobilem ,, .

(1) Num 4. p. 282. T. VI. Homil. quoque LXXXVIII. al LXXXVII. in Johan. num. 1. pag. 527. Tom. VIII. ,, Petrum , *inquit* , non trhoni ,, hujus , ut Jacobum Hierosolymitani , sed orbis totius rectorem a ,, Christo constitutum ,, .

(2) Himil. LIV. al. LV in Matth. n. 2. pag. 548. Tom. VII.

(3 Num. 6. p. 70. Tom. III.

(4) Tom. VI. pag. 282.

(5) Tom. V. Par. I. Antiq. Christ. pag. 94. sq. et pag. 131. et pag. 320.

ctorem. Assentiri porro Chrysostomo video Theodoritum, (1) Paullum Emissenum (2), aliosque Ecclesiae Antiochenae Patres, quorum ad nos de rebus Ecclesiasticis commentarii pervenerunt. Sed hos praetermitto, quos et ne adducam, brevitas Epistolae hortatur; et si adducerem, testibus uterer non necessariis, cum Chrysostomi reliquos superet auctoritas.

Restat Alexandrina, quam (Marci Evangelistae, qui Petrum audivit, causa) Apostolicam (3) licet dicere. Hujus quae fuerit de Petri ejusdem principatu, deque ratione petrae, in qua est Ecclesia fundata, traditio, ex Origenis, (4) Athanasii, (5) Cyrilli (6) monumentis doctrinae liquet, quibuscum consonant libri Liturgici Alexandrinorum.

(1) Epist. III. ad Irenaeum Episcopum Tom. III. oper. Ed. Paris. Sirmondi p. 900. et Ep. LXXVII. p. 947. et Dialogo I. Tom. IV. pag. 26.

(2) Orat. habita Alexandriae an. 431. Tom. I. Concilior. p. 1695. Ed. Paris. an. 1714. Maximi Antiocheni Antistitis eamdem fuisse doctrinam ex Synodi Chalcedonensis Epistola ad Leonem I., cui subscripsit, T. II. opp. S. Leonis pag. 292. sqq. exque litteris Leonis ad ipsum Ep. XCIV. al. XCII. pag. 3?6. perspicitur. An. 681 Serm. Prosphonetico Synodi VI. Oecumenicae subscripsit Theophanes Antiochenus. Tom. I[illegible] Concilior. p. 1436. quo in sermone vide, quid de Petro Principe Apostolorum pagin. 1422. sqq. contineatur. Mitto cetera monumenta, ne plus nimio longus sim.

(3) Apostolica appellatur in Action. XVIII. Syn. VI. Tom. III. Concilor. pag. 1402. et 1426.

(4) Vide quae ex Origene affert Euseb. lib. VI. Hist. Eccles. cap. XXV. pag. 252.

(5) In Psalm. XV. vers. 8. pag. 82. Collection. veter. Patrum Ed. Montfauconii Paris. an. 1716., et de Incarnat. contra Arian. n. XXII. p. 703. Tom. I. Par. II. Edit. Pat. an. 1777.

(6) Lib. IV. cap. XV. in Johan. Tom IV. oper. pag. 333. Ed. Paris. an. 1638. et lib. XII. p. 1064. et lib. IX.

Age vero consideremus, quid Apostolica Romana Ecclesia cum ceteris, ut idem scribit Tertullianus, *contesserarit* (1). Jam Ravennati cum Romana mirifice convenit. (2) Quod ipsum est de Mediolanensi, (3) de Brixiensi, (4) de Veronen-

In Julianum pag. 325. Ed. an. 1696. Paullus Emissenus ab Johanne Antiocheno Alexandriam pacis componendae causa missus, in oratione quam habuit ad populum Alexandrinum, cum de Incarnationis dogmate egisset, sententiam apud eos confirmaturus: „ Haec est, *inquit*, Patris vestri (Cyrilli) doctrina, hic „ thesaurus est vobis avitus. Haec „ B. Athanasii sunt dogmata etc. „. Athanasium perinde ego, atque Cyrillum propono, uti testes traditionis Alexandrinae Ecclesiae, de Principatu Petri. Quam quidem traditionem etiamnum retinent Alexandrini in suis Liturgicis libris, atque in Liturgia potissimum, quam S. Basilio adscripsere, apud Renaudotium T. I. Liturgiar. orient. p. 80. Edit. Paris. an 1711. Tu es, qui praecepisti Petro Coryphaeo Sanctorum tuorum Discipulorum, et Apostolorum ex ore unigeniti Filii tui D. N. et Salvatoris N. J. C. dicentis ei: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam etc.*

(1) Tertul. de Praescr. Haeret. cap. XXXVI.

(2) Vide S. Petrum Chrysologum Serm. VI. pag. 10. et Serm. LXXIV. pag. 115. Ed. Augustanae an. 1758. et Serm. CLIV. pag. 217. et Epist. ad Eutych. oper. S. Leon. pag. 112. Ed. Rom. an. 1755.

(3) S. Ambros. Antistes Mediolan. in Psalm. XL. num. 28. pag. 202. et num. 30. pag. 204. Edit. Venetae an. 1748. et in Psalm. XLIII. n. 40. pag. 236. T. I. et Lib. de Virginit. cap. XVI. num. 103. pag. 293. T. II. et in Hymno I. Tom. IV. pag. 307. qui quidem hymnus cani consuevit in Mediolan. Ecclesia. Confer S. Augustinum I. Retractat. cap. XXI. T. I. Edit. oper. Antuerp. an. 1700. Confer etiam Synodum Romanam sub Symmacho ann. 503. habitam, cui Laurentius Mediolanensis, Petrus Ravennas, aliique CCXI. Episcopi variarum Provinciarum non Europae solum, sed Africae etiam, atque Asiae subscripsere, et in qua legitur *Sedem Apostolicam solida Petri confessione stabilitam esse*. T. I. Concilior. pag. 983. Adisis praeterea Ennodium Ticinensem libell. Apologet. de Synodo pag. 380. Tom. IX. Bibliot. Patrum E[illegible] Lugdun.

(4) S. Gaudentius Brixien. Re-

si, (1) de Taurinensi (2) etc. dicendum. Accedunt Ecclesiae Galliarum, quarum certe doctrina, ut item Hispanicarum, et Germanicarum eodem pertinet (3). De Africanis testes sunt certissimi Tertullianus, (4)

spons. ad Paulinum p. 359. et Serm. de SS. Petro, et Paullo pag. 359. Edit. Brix. an. 1738. et S. Philaster lib. de Haeres. cap. CLV. pag. 112. ejusd. Edit.

(1) S. Zenon lib. I. Tract. XIII. num. VIII. pag. 99 Edit. Veron. an. 1739.: „Simoni, super quem ae„dificavit Ecclesiam etc. *Petrus* „*nomen imposuit*; et l. II. Tract. „XIII n. II. p. 179. de Petri feli„citate, inquit, utpote super quem „Christus aedificavit Ecclesiam„.

(2) S. Maxim. Episc. Taurin. in Capitulis Evangelior. pag. 778. Ed. Rom. an. 1784. et Hom. LIV. p. 169. Confer Praefat. in oper. Max. Ed. ejusd. pag. CVIII.

(3) Vid. S. Hilar. Pictav. Commentar. in Cap. XV. Evang. Matth. n. 6. Edit. Paris. Coustantii, et in Psal. CXXXI. num. 4. et lib. VI. de Trinit. num. 20. Et S. Eucher. Lugdun. Ser. in Vigilia, et Natal. SS. Petri et Paulli Tom. VI. Biblioth. PP. Edit. Lugdun. pagin. 794. in Sacramentario Gallicano vulgato a Mabillonio Tom. I. Musaei Italici pagin. 343. sic habetur: B. Petrum Apostolum in fundamentum Ecclesiae Catholicae collocasti etc. Mitto cetera Gallicanae Ecclesiae monumenta, quae pene sunt innumerabilia. Quod ad Hispanicas Ecclesias attinet, confer Juvencum seculi IV. scriptor. lib. I. Hist. Evang. p. 68. Tom. IV. Biblioth. PP. proxime indicatae Edit. Ascanium Tarraconensem Episcop. Epist. ad Hilar. Papam T. II. Concilior. pag. 787. Edit. Paris. ann. 1714. et Ep. V. ad Episcop. Hispaniae p. 1022. Tom. II. Concil. Edit. ejusd. et S. Isidorum Hispalensem Epist. ad Eugen. Tolet. pag. 697. Edit. Paris. Agerem multis de Germanorum Ecclesia, si esset opus, et otium. Nunc uno utar Concilio Francofordiensi an. 794. quod in Synodali Epist. ad Episcopos Hispaniae adversus Elipandum Tom. IV. Concilior. Edit. ejusd. p. 894.: pro hac gloriosa confessione, *inquit*, B. Petrum Principem Apostolorum caeli, terraeque remuneravit potestate dicens: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam etc.* Auditis, quid haec fides Apostolica meruit?

(4) De Praescriptionib. Haeret. cap. XXII. Petrum *aedificandae Ecclesiae Petram* dicit: et lib. de Monogam. cap. VIII. *super Petrum aedificatam* docet *Ecclesiam*.

Cyprianus, (1) Optatus, (2) Augustinus, (3) Possessor, (4) Synodi variarum ejus gentis provinciarum (5). Congruunt his Ecclesiae Illyrici, Thraciae, Ponti, Cappadociae, (6) Finitimarumque regionum. Sed desino. Nolo enim longius facere. Faciam tamen, si e re Catholicae Ecclesiae praevidero futurum. Jam haec

(1) Epist. XXXIII. al XXVII. pag. 66. et Epist LXXI. ad Quintum pag. 194. et Epist. LXXIII. pag. 203. Edit. Oxon. an. 1682.

(2) Lib. II. contra Donatist. p. 31. et sqq. Edit. Antuerp. an. 1702. et lib. VII. cap. III. pag. 101.

(3) S. August. in Psalm. contra Donatist. pag. 5. T. IX. Opp. Edit. Antuerp. an. 1700. At is dubitat, atque integrum cuique esse, ait, eam de petra Ecclesiae sententiam sequi, quam existimet probabiliorem. Lib. I. Retractat. c. XXI. p. 29. T. I. Verum hoc ille dixit, quod esse aliquos et eos paucos intelligeret, qui dubitarent. Quamquam horum idem non probavit sententiam, ut qui in rebus doctrinae standum esse Ecclesiis Apostolicis confessus sit, quarum si perspectum habebat sensum, ut sane habebat, norat profectò, dubitandum non esse, quin Petrus Ecclesiae petra constitutus intelligatur eo in Matthaei capite. Quare idem Augusti. loco indic. Psalmi contra Donatistas, muniendos fideles censuit, monendosque, ut veluti rem certam, atque testatam profiterentur, successionem Principis Apostolorum ipsam eſſe petram, quam non vincunt superbae inferorum portae.

(4) Epist. ad Hormisdam Papam Tom. II. Concilior. pag. 1037.

(5) Confer Action. II. Synodi Lateran. sub Martino I. Tom. III. Concilior. Edit. ejusdem pag. 734.

(6) De Eccl. Illyricanis vide Stephani Laris. aliorumque Epistolas; quae extant in Actis Synodi Romanae sub Bonif. II. an. 531. Tom. II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. de Thracicis confer Johannis Constantinopolitani Episcopi professionem fidei ad Hormisdam Tom. eod. II. Concilior. pag. 1007. de Cappadociae, et Ponti; Firmilian. Epist. LXXV. inter Cyprianicas pag. 225. Edit. Oxon. an. 1682. et S. Basil. Lib. II. adversus Eunomium num. IV. pag. 240. Tom. I. Edit. Paris. an. 1721. Atque hi quidem ajunt = *τὸ* super *hanc petram* de Petro intelligi, cui est inaedificata Ecclesia. Consule praeterea Gregor. Nazianz. orat. VI. pag. 142. Edit. Colon. an. 1690.

cum adeo clara,atque perspicua sint, tam ne eris impudens, ut non erubescas tuis civibus dicere, Patres tibi adeo esse consentientes, ut non tuo ipse, sed eorum ore loqui videare?

At enim ad Bossuetii, inquis,te revolvi sententiam, Eum namque in Defensione Declarationis Cleri etc. sic existimare: Interpretes quosdam esse Sacrarum Scripturarum, qui τὸ *super hanc petram etc.* de Petro intelligant; verum horum esse exiguum numerum. Jam vero afferri ab se posse plus mille, qui secus id esse intelligendum arbitrentur Lib.XV. Cap.XXXIV.

At, si vera praedicas, istud est cumprimis, quod me deterret, quin istiusmodi opus Bossuetio esse acceptum referendum putem. Non enim est credibile, hominem singulari eruditione praestantem, cautum, pudentem eo deduci potuisse, ut affirmaret: *omnes Patres, Pontificesque* locum illum Evangelii de Petro non accepisse, cum perpauci contra scriptores sint, iique recentes, qui locum eumdem de Petro intelligi oportere negent, eoque nomine a Patrum,omniumque Ecclesiarum,Apostolicarum praesertim,vetere,communique doctrina dissideant. Expecto jubeas,ut onus mihi suscipiam numerandorum Interpretum ejus loci, praecipue veterum, quos esse dixi permultos; pericliterque plures ne revera sint, an contra pauci. Nam si jusseris, tibi equidem praedico fore, ut eorum multitudine obruare. Interea sic

tibi persuadeas vehementer velim, plus a me Bossuetio tribui, quam tu suspicari possis. Memini autem, quid ille in Libris *Historiae Variationum etc.* quid in *Animadversionibus in Bibliothecam Dupinii*, quid denique in *Meditationibus* scripserit, cum de Locis Evangeliorum = *Tu es Petrus* = *Pasce oves meas* = *Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua etc.* dissereret.

Sint tamen vera, quae Natalis Alexander aliquando, secum ipse luctans, quae Bossuetius (si tamen id opus Bossuetii est), quae Synodi Constantiensis, et Basileensis (1) constituerunt, tunc etiam, cum Basileenses Pontificibus minus obsequentes essent: quid tum? An ea tibi usui esse possent, tibi, inquam, putanti, Episcopos quosque Pontifici Maximo esse rebus omnibus auctoritate pares? Bossuetius (quem Synodis iisdem plurimum tribuisse et tute pugnas, et ego facile patior) Bossuetius, inquam, in *Meditationibus*, (2) oraculis illis tribus Servatoris Christi ex Cap. XXII. Evangelii Lucae = *Ego rogavi pro te Petre etc.* ex Cap. XVI. Evangelii Matthaei = *Tu es Petrus, et super hanc petram etc.* et ex Johan. Evang. Cap. XXI. = *Pasce agnos meos, pasce oves meas etc.* demonstrari censet *Primatum Petri: Petrum caput*

(1) Harum ego Synodorum loca cum supra descripserim, omittenda hic esse duxi, ne actum agerem.

(2) Meditations sur l'Evang. xxx. jour. sqq Tom. x. *oper. Edit. Leod.* an. 1767. pag. 406. sqq.

esse, membra ceteros, ut Sancti Patres explicant (1): *Solidari autem caput, ne membra vacillent:* (2) *Nomen Simonis esse immutatum in nomen Petri, ostendendae firmitatis Petro ipsi a Christo tributae causa; tributae, Petro pro Ecclesia, dico, universa: Commissum ab eodem Servatore Christo fuisse Petro, ut Ecclesiam totam regeret,* scilicet *non agnos modo; verum etiam oves,* hoc est *non solum filios, sed Matres quoque: Petrum primas semper obtinuisse in fungendo munere, eoque nomine ad eum, ut ad caput gregis, miraculumque Ecclesiae Paullum ascendisse:* Rursum *Petrum quo eminentior auctoritate fuit, eo fuisse animo demissiore: Constitutum fuisse a Christo Ecclesiae fundamentum:* (3) *Primatum in Sancti Petri persona fuisse constabilitum, quo in Primatu decretam ipsi fuisse constantem, perpetuamque successionem, qua perpetuo confirmentur fratres: Et Primatui exercendo fixam sedem fuisse a Christo delectam Romam etc.* (4) Sed *in Defensione Declarationis* Bossuetius, inquies .... Quid? Contrane agit? Sit ita. Confliget igitur secum. Illine vero ut credam petes, quem tu modo hoc, modo illud tueri, tantaque esse volubilitate mentis, ut secum luctetur, censeas? Quae autem tam esse potest iniqua peti-

M 4

(1) Ibid. pag. 407.
(2) Ibid.
(3) Ibid. et pag. 408. et 411.
(4) Ibid. LXXII. Jour. pag. 415. 899.

tio ? Sed geram tibi morem . Esto Auctor ejus Defensionis Bossuetius . Quid ? Est ne quidquam in ea, quo rebus omnibus Episcopi Pontifici Romano aequentur ? Immo plane contrarium . Atque in *Lib. X. Cap. I. pag.* 452. *Tom. VIII. Oper. Edit. Leodicien. an.* 1768. post allatum ex Cap. XVI. Evangelii Matthaei Locum = *Tu es Petrus ; et super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam :* mox adjunxit Defensor :
„ Quibus verbis Christus , qui suam maxime unam
„ volebat Ecclesiam, creavit Magistratum amplissima
„ prae ceteris POTESTATE , ET MAJESTATE
„ praeditum , qui OMNES MOVERET AD UNI-
„ TATEM MAXIME IN FIDE , atque his duo qui-
„ dem confirmavit : alterum , HAUD IMMERITO
„ PETRUM omnium nomine respondisse , qui
„ omnium PRINCEPS AB IPSO Magistro Christo
„ constitutus esset: alterum quoties SUCCESSORES
„ PETRI communem Ecclesiarum doctrinam fidei ex
„ communi traditione PRO OFFICIO promerent,
„ EORUM DECRETUM, PRÆDICATIONEM, FI-
„ DEM FORE ECCLESIÆ FUNDAMENTUM „ .
Et Cap.II. : „ Neque minus ipse Petrus, ejusque Suc-
„ cessor Romanus Pontifex tanto in aedificio FUN-
„ DAMENTI loco est , UT QUI EX COMMIS-
„ SO MUNERE, ECCLESIASTICI REGIMINIS
„ Princeps , praecipuique , ac fundamentalis officii
„ praedicandae scilicet , et asserendae Fidei caput ,

„ executorque sit „ . Annon cernis haec , etsi non tam sint accurate scripta , quam et ego velim , et ratio postulet ; adeo tamen esse inimica tibi , ut non modo non confirment istam,quam tu a Protestantibus acceptam , venditas ; sed radicitus etiam excutiant, Episcoporum aequalitatem ?

Redeo ad Synodum Basileensem. Ad hanc quod attinet , praeter cetera monumenta , quae supra commemoravi , confer etiam Orationem eadem in Synodo habitam ab Henrico Kalteiseno ; indeque perspicies (adversus Hussitas, qui Apostolos omnes pares omnino ajebant fuisse) pares quidem Apostolos ipsos a Basileensibus dictos fuisse ordinatione, non jurisdictionis potestate, quam certe Basileenses ipsi judicabant in Petro fuisse praecipuam . (1)

Ambrosium, et Augustinũ testes appellat Anonymus , ut efficiat, aequa ratione omnibus Episcopis, ac Petro collatam fuisse pascendarum ovium potestatem . At liber , quem indicat, Ambrosio adscribendus non est neque quidpiã continet quod Anonymo eidem faveat.

III. Sed sperare te , scribis , fore, ut tibi posthac molesti non sint cives tui . Est , mihi crede , spes ista plane inanis . Qui enim tibi molesti esse desinant ii , qui cernant abuti te Ambrosii nomine ? Hunc enim appellas , quasi vero , ipso auctore , omnibus Episcopis , aeque ac Petro , delata a Christo fuerit potestas ovium pascendarum . Quaerent illi principio abs te, ubinam tale quidpiam Ambrosius scripserit ? Mox vero ut cognorint , amandari sese *ad secundum de Dignitate Sacerdotum Librum* , (2) quinam eorum de te

(1) Tom. VIII. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. pag. 1854. sq.

(2) Confer Tom. IV. operum S. Ambrosii Edit. Venetae an. 1751. p. 438.

Ad Augustinum quod attinet, is contra statuit, quam Anonymus ipse velit?

risus erunt ? Nae nos , inquient , eruditum , planeque criticum nacti civem sumus , qui cum se ostentet , quasi unus omnium sapiat ; tum ignoret , quod ne rudes quidem rei totius litterariae fugit , non Ambrosii id opus esse (1) , sed Scriptoris qui longe post quartum Ecclesiae seculum vixerit , eaque sit consectatus , quibus nihil est ab Ambrosii aetate , ingenioque disjunctius . (2) Risum praeterea illi continere qui poterunt , legentes, *Librum* abs te ejus opusculi commemorari *secundum* , cum certo sciant,unum eo comprehendi librum , non duos ? (3) Neque hic facient ludendi , ridendique finem . Nam est illud quoque risu, sibilisque cum primis dignum , quod eum te Librum alterum legisse gloriere , qui nusquam extat . Sed rideant illi quidem , ludosque agant , quamdiu volent ; nihil enim impedio . Mihi nunc expedias , rogo , quid is Pseudo-Ambrosius statuat ? Est haec , inquis , illius sententia : „ Ter Salvator haec verba di- „ xit : *pasce oves meas* ei : Quaenam fuere oves ? Qui „ grex tunc creditus Petro ? Nullus alius , nisi is „ idem , cujus nos sumus una cum illo (Petro) , „ et ille (Petrus) una nobiscum custodes „ . Ista ne fide tam saepe abs te agi patiar ? Locus Pseudo-Ambrosii e Cap. II. (4) sic habet „ : Repetitum est a

(1) Vide ibid. monitum doctissimorum Editorum , hoc est Monachorum Congregat. Maurinae etc.

(2) Ibid. pag. 433.

(3) Ibid. pag. 437. sqq.

(4) Ibid. pag. 438.

„ Domino tertio: pasce oves meas: quas oves, et „ quem gregem tunc Beatus suscepit Apostolus; „ sed et nobiscum eas accepit, et cum illo eas nos „ accepimus omnes„. Ubinam est, quod tu jactas, τὸ *nullus alius*, et τὸ *is idem* etc. eoque consilio jactas, ut efficias, Petrum Episcopis ceteris esse rebus omnibus in grege pascendo parem? Equidem accepisse Episcopos cum Petro gregem, non invitus dabo: accepisse autem gregem ipsos pari, ac Petrum, jure, atque potestate, neque dicit Pseudo-Ambrosius, nec ego dabo. Tu porro si saperes, verum Ambrosium recte scilicet sentientem, (1) non istum ementitum, obscurum, nullius pretii, qui etiam nihil efferat, quod te juvet, auctorem consectarere.

Sed Augustinus, inquis, τὸ *pasce oves meas ad omnes* referri docet. Eloquere, quo in loco? Taces? At arrogantis est, velle, te ut audiant cives tui non modo non afferentem Augustini locum, sed ne indicantem quidem. Verum sibi ipsi cavebunt, opinor,

(1) S. Ambros. in Lucam Lib. x. num. 175. pag 105. Tom. II. oper. Edit. ejusd.: Ideo, „ inquit, quia so- „ lus profitetur (Petrus) ex omnibus, „ OMNIBUS ANTEFERTUR. De- „ nique tertio Dominus, non jam *dili- „ gis me*, sed *amas me*, interrogavit; „ et jam non agnos, ut primo quodam „ lacte vescendos, nec oviculas, ut „ secundo, sed oves pascere jubetur, „ PERFECTIORES UT PERFE- „ CTIOR GUBERNARET„. Confer etiam Lib. v. de Fide Prolog. pag. 697. Tom. III. et Lib. IV. Cap. v. num. 56. pag. 672. et Enarrat. in Psalm XL. num. 30. pag. 104 et in Ps. LXXII. num. 40. pag. 236. sed ex Ambrosio plura descripsimus supra, quae repetere non est opus.

ne audiant. Quod ad me attinet, non repugnabo, dictum item aliis fuisse τὸ *pasce oves meas*. Quid? An aeque? Nihil minus. Nam Augustinus, ad quem provocas, non modo *suas oves Christum Petro commendasse*: (1) et *claves Regni Caelorum primum Apostolorum accepisse Petrum*: (2) *et primatum in discipulis habuisse*, (3) docet; verum etiam in Petro, *qui principatum tenuit*, (4) in Petro, inquam, *primatum Apostolorum excellenti gratia praeeminere* (5): ipsiusque, ut nemo nescit, *Apostolatus principatum esse cuilibet Episcopatui praeferendum* (6): et *Petro, in quo uno formabat Ecclesiam* (7), *Christum dixisse*: Petre, *amas me*. Ecquid vero est: *in uno Petro formare Ecclesiam*, nisi in Petro Ecclesiam constituere? Sed de Augustino actum etiam a me fuit Epistola Superiore. Illud autem mirari non desinam, esse te adeo male animatum in cives tuos, ut cum falsis eos, spuriis, aliorsum acceptis, contortisque locis, quasi Patrum sint, circumvenire, atque in fraudem inducere conere; tum eos vera, genuina, perspicua Patrum eorumdem, Synodorumque testi-

(1) Lib. IV. de Consensu Evangelist. num. 20. Tom. III. Par. II. pag. 104. Edit. Antuerp. an. 1700.

(2) Tractat. CXXIV. in Johan. num. 7. pag. 600.

(3) Enarrat. in Psalm. CVIII. n. I. pag. 911. Tom. IV.

(4) Serm. LXXVI. al. XIII. Cap. II. num. 3. pag. 291.

(5) Lib. II. de Bapt. contra Donatistas pag 65. Tom. IX.

(6) Ibid.

(7) Serm. CXXXVII. al XLIX. de Verbis Dom. cap. III. p. 463. T. V.

monia de verbis ipsis Christi *pasce oves meas etc.* celare studes, ne assequi veritatem, sibique a fucis, dolisque cavere possint. Ac Patres aperte sic docent ut Cyprianus, (1) Hilarius Pictaviensis, (2) Chrysostomus, (3) Bonifacius I., (4) Gelasius, et ante Gelasium Leo serm. XLIII. *de Passione Domini XIV.* ubi „ *Principaliter*, ait, *B. Petro fuisse dictum* : *pasce oves* „ *meas*, et Serm. LXXII. de Ascensione Domi- „ ni. In his, per insufflationem Domini infun- „ ditur Apostolis omnibus Spiritus Sanctus, et „ B. Apostolo Petro supra ceteros post regni claves, „ ovilis Dominici cura mandatur „). Nec vero secus Stephanus Larissensis, cujus Epistola lecta, atque probata in Synodo Romana fuit anno 531. (5) Johannes II. Epistola ad Justinianum Augustum, (6) Vigilius Papa, (7) Stephanus Dorensis Episcopus in ea Epistola, quam anno 649. synodo Lateranensi sub

(1) Lib. de unitate. Eccles. pag. 107. Edit. oxon. an. 1682. post ubi descripsit τὸ *tu es Petrus etc.*, et τὸ *pasce oves meas*, adjunxit: *super* quem *Petrum aedificavit Ecclesiam suam*.

(2) Lib. VI. De Trinit. num. XXXVI. Confer Mamachium Tom. V. Antiquit. Christianar. Par. I. pag. 136.

(3) Homil. LXXXVII. al. LXXXVIII. in Johan. pag. 525. Tom. VIII. et Homil. VIII. adversus Judaeos num. 3. pag. 677.

(4) Epist. ad Rufum, et ceteros Episcopos per Macedoniam etc. constitutos an. 422. Tom. II. Concilior, p. 1124. „Manet *inquit*, B. Apostolum „ Petrum per sententiam Dominicam „ cura universalis Ecclesiae etc. „

(5) Tom. II. concilior. pag. 1111. Edit. Paris. an 1714.

(6) Epist. ad Justinian. Imperat. Tom. eod. II. Concilior. pag 1148.

(7) Epist. ad universos Episcopos Tom. III. Concilior. pag. 5.

Martino I. obtulit, quaeque Actione II. Synodi ejusdem continetur (1). In hac autem, quae probantibus Patribus lecta fuit, ad praecipuam Petri auctoritatem demonstrandam Evangelica illa oracula tria recensentur = *Tu es Petrus, et super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam* = *Pasce oves meas* = *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua*, (2) planeque ostenditur, quae de oraculis iisdem tribus esset Ecclesiae Hierosolymitanae (3) sententia, cujus ille Ecclesiae Legatione apud Sedem Apostolicam fungeba-

(1) Pag. 714. Tom. III. Concilior. Edit. ejusd. an. 1714.

(2) „ Hoc potestative olim (inquit „ pag. 711. sq.) et ab antiquitus facere per Apostolicam, sive canonicam consuevit auctoritatem (Apostolica omnibus praeposita sedes) dum aperta lucubratione non solum claves Regni caelorum creditae sunt ei, atque ipse tantummodo ad aperiendum eas fidelibus quidem digne; minime autem Evangelio gratiae credentibus juste claudere magnus secundum veritatem, et Princeps Apostolorum meruit Petrus; sed etiam pascere primum jussus est oves Catholicae Ecclesiae, cum Dominus dicit: *Petre, amas me? pasce oves meas*; et iterum ipse praecipue, ac specialiter firmam prae omnibus habens in Dominum Deum nostrum immutabilem fidem, convertere aliquando, et confirmare meruit fratres utpote dispensative *super omnes illos* ἐπὶ πάντων αὐτῶν ab ipso, qui pro nobis incarnatus est Deus, potestatem accipiens, et Sacerdotalem auctoritatem.

(3) Ibidem. „ Quod Sciens B. Memoriae Sophronius quondam Patriarcha Sanctae Christi Dei nostri civitatis, sub cujus Dioecesi fungebar Sacerdotali officio, non acquiescens carni, et sanguini, studuit me ad hanc Apostolicam, magnamque dirigere Sedem... dicens... quantocins deambula... donec AD APOSTOLICAM SEDEM, UBI ORTHODOXORUM DOGMATUM FUNDAMENTA EXISTUNT, PERVENIAS „.

tur. Sed satis datum est testium. Itaque me ab citandis ceteris continebo, quorum tamen illustria hac de re testimonia, si opus fuerit, colligam. Quamquam ex iis, quae attuli, perspicere quisque possit, qua fide in hisce rebus pertractandis versatus sis, quamque sis inermis ac nudus hoc in genere controversiarum.

Pugnat Anonymus, nihil peculiare fuisse tributum Petro a Chriſto rogante, ut Petri fides non deficeret etc. Quam id sit a Patrum dogmate discrepans.

IV. At verba Christi, inquis, = *Rogavi pro te* (Petre) *ut non deficiat fides tua*; *et tu aliquando conversus confirma fratres tuos* (1), nihil peculiare Petro ipsi attributum significant. Nam quisque Christianus sperare a Misericordia Dei potest, fore ut non deficiat a recta fide.

Quae complexus superioribus capitibus es, communia sunt novatorum. Hae nunc propriae ruinae tuae. Sic autem tibi confirmo, assensurum tibi esse neminem, nisi forte eum, qui tam excors sit, ut te omnia turbante, ac pervertente, Sacrorum Bibliorum utatur interprete. Nam Patres, qui de verbis iisdem Christi: Ego rogavi etc. egerunt, omnes ad unum tibi repugnant, ut Ambrosius, (2)

(1) *Lucae Cap. xxII. v. 32.*

(2) In Psalmum xLIII. num. xI. pag. 236. Tom. II. „ Petrus Ecclesiae „ praeponitur, postquam tentatus a „ diabolo etc. ideoque significat Do„ minus, quid sit ille, quod postea „ eum Pastorem elegit dominici gre„ gis. Nam huic dixit = *et tu ali„ quando conversus confirma fratres „ tuos*.

ut Hieronymus, (1) ut Johannes Chrysostomus, (2) ut

(1) Patrum doctrina est Petri fidem Ecclesiae fundamentum esse. S. Hilarius Lib. VI. de Trinit. num. 37. Edit. Paris. Constantii = Haec fides (Petri) *inquit*, Ecclesiae fundamentum est. Per hanc fidem infirmae adversus eam sunt portae inferorum. Haec fides regni caelestis habet claves .... O.... Martyrem Petrum, pro quo Pater ROGATUS est NE FIDES EJUS IN TENTATIONE DEFICERET, qui iterata a se dilectionis in Deum postulatae professione .. pasce oves meas ter est meritus audire, qui in cunctorum Apostolorum silentio, Dei filium revelatione Patris intelligens, ultra humanae infirmitatis modum SUPEREMINENTEM GLORIAM beatae fidei suae confessione promeruit etc.. Haud secus S. Basilius Magnus Lib. II. contra Eunomium num. 4. p. 240. T. I. Edit. Paris. an. 1721. *Petrum*, *quia fide praestabat*, *Ecclesiae aedificationem in se ipsum recepisse* scribit. Confer ejus Homiliam de *Humilitate* n. 4. pag. 160. Tom. II. Eamque cum *Prooemio de Judicio Dei* num. 7. pag. 221. compara. Consule praeterea Gregorium Nazianzenum orat. XXVI. pag. 453. T. I Edit. Colon. an. 1690. et orat. XXXIV. p. 549. ubi animadvertit: *et nomine* Petrum *beatum fuisse praedicatum* a Christo; et *ea quae maxima sunt* τὰ μέγιστα πιστευόμενον *in fidem accepisse* quod θερμότερος τῶν ἄλλων εἰς ἐπίγνωσιν χριστοῦ ARDENTIOR CETERIS IN AGNITIONE CHRISTI fuerit; et Cyrillum Hierosol. Cathech. II. n. XIX. p. 31. Ed. Paris. an. 1720. et Cathech. XI. n. III. p. 150. et Catech. XIV. n. XXIII. pag. 217. et Catech. XVII. n. XXVII. p. 277. et Optatum Milevitanum. l. VII. contra Donatist. Cap. II. p. 102. Edit. Antuerp. an. 1701. S. Epiphan. Hares LIX. n. VII. et VIII. p. 500. T. I. Ed Paris. an. 1621. et Ancorati n. IX. p. 14. sq. Tom. II. Quod ad Hieronymum attinet, vide ejus Epist. LXXXIX. ad Augustin. T. II. oper. p. 226. Ed. Francford. an. 1684., et Epist. ad Damasum X. n. I. sq. T. I. Epistolar. Rom. Pont. Ed Paris. an. 1721., p. 545. sq.

(2) Homil. III. in Act. Apostolor. n. 3. p. 26. Tom. IX. oper. de Petro agens Chrysostomus. PRIMUS, *inquit*, πρῶτος τοῦ πράγματος αὐθεντεῖ ἅτε αὐτὸς πάντας ἐγχειρισθείς· πρὸς γὰρ τοῦτον εἶπεν ὁ χριστός· καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου. „ in NEGOTIO habet auctoritatem, „ ut cui OMNES COMMISSI ESSENT. Huic enim Christus dixerat, et *tu aliquando conversus* „ *confirma fratres tuos*.

ut S. Augustinus, (1) ut S. Isidorus Pelusiotes (2), ut S. Leo Magnus, (3) quibus si adversere, ne dubita, quin tua ab Synodis oecumenicis, (catholicis quibusque plaudentibus) religioni orthodoxae constringenda tradatur temeritas. Praeclare autem ut solet, utque divina traditio postulat, S. Gelasius, (4) = „ Qua ratione, *inquit*, vel consequentia aliis sedibus deferendum est, si primae „ Beati Petri sedi antiqua, et vetusta reverentia non „ defertur, per quam omnium Sacerdotum dignitas semper est roborata, atque firmata, trecentorumque decem et octo Patrum invicto, et singulari judicio vetustissimus judicatus est honor? „ utpote qui Domini recordabantur sententiam = „ TU ES PETRUS etc. et rursum ad eumdem:

(1) In Psal. cxxvII. Serm. xIII. n. III. p.982. „ Rogavi, *inquit*, pro „ te, ne deficiat fides tua, hoc „ est ne auferatur ex ore tuo verbum „ veritatis. „ Haec addantur iis quae supra descripsi ex Augustino, perspicieturque, quantum fuerit privilegii attributum Petro, Augustini sententia.

(2) Lib. I. Epist. ccxxv. pag. 45. Edit. Venetae an. 1745.

(3) Ser. III. Cap. III. p. 10. „ Commune erat omnibus Apostolis periculum de tentatione formidinis, et „ divinae protectionis auxilio pariter „ indigebant ... et tamen specialiter a „ Domino Petri cura suscipitur, et PRO „ FIDE PETRI proprie supplicatur, „ tamquam aliorum status certior sit „ futurus, si mens PRINCIPIS VICTA NON FUERIT. In Petro „ ergo omnium fortitudo munitur, et „ divinae gratiae ita ordinatur auxilium, ut firmitas, quae per Christum Petro tribuitur, per PETRUM APOSTOLIS CONFERATUR etc. „

(4) Epist. vIII. ad Episcop. Dardaniae p. 919. T. xI. Concil. Edit. Paris. an. 1714.

„ *ego rogavi pro te etc.*, et illud: Si amas me, „ pasce oves meas „ : Pelagius etiam secundus Pont. Max. *Epist. III. ad Episcopos Istriae*, (1) S. Agatho Pontifex Max. in Litteris ad Constantinum Pogonatum Augustum, quae Litterae lectae fuerunt, magna Patrum voluntate,in VI. Oecumenica Synodo (2) ubi „ Ecclesiam Romanam a tramite Apostolicae „ traditionis numquam errasse, ait, . . . Sed ut exordio fidei Christianae percepit ab auctoribus suis „ Apostolorum Christi principibus, illibatam finetenus permanere, secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem, quam suorum discipulorum principi in Sacris Evangeliis fatus est = „ Petre, Petre, inquiens, *ecce Satan expetivit vos*, „ *ut cribraret vos . . . Ego autem pro te rogavi*„ Considerari autem oportere ab Imperatore, adjungit: „ „ Quoniam Deus, et Salvator omnium, cujus fides „ est, qui FIDEM PETRI NON DEFECTURAM „ PROMISIT, CONFIRMARE EUM FRATRES „ SUOS ADMONUIT; quod Apostolicos Pontifices

(1) Pag. 414. Tom. III. Concilior. „ Considerate, quia veritas mentiri „ non potest, nec fides Perti in aeternum quassari poterit . . . . Nam „ cum omnes discipulos Diabolus ad „ excribrandum poposcerit, pro solo „ Petro se Dominus rogasse testatur, „ et ab eo voluit ceteros confirmari; „ cui etiam pascendarum ovium sollicitudo commissa est, cui et claves regni caelorum tradidit, et super eum Ecclesiam suam aedificaturum se esse promisit „.

(2) Action. IV. Tom. eod. III. pag. 1082.

„ meae exiguitatis praedecessores confidenter fecisse „ semper cunctis est cognitum „. Johannes praeterea Constantinopolitanus Antistes Epist. ad Constantinum Papam an. 712., qua in Epistola: „ cum sitis, „ inquit, illius successores, qui audivit a Domino = „ *Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cri-* „ *braret tamquam triticum; ego autem rogavi pro te* „ *ut non deficiat fides tua, et tu aliquando conversus* „ *confirma fratres tuos*, debetis quidem diligenter in- „ ducere, quae fulciunt, et stabiliunt ad correctio- „ nem etc. „ (1) S. Theodorus Studites Lib. V. Epist. I. (2) ad Synodum Iconomachorum, et Epist. XII. ad Paschalem Papam ubi = Tibi, *inquit*, di- „ xit Christus Deus noster: *et tu aliquando conversus* „ *confirmabis fratres tuos*: Ecce tempus, ecce locus, „ opitulare nobis etc.„ (3). Legati Sedis Apostolicae ad Synodum Oecumenicam VIII., (4) Leo IX. Epist. ad Michaelem Cerularium, (5) aliique, quos, maximo numero cum sint, ne commemorare quidem propter operis brevitatem licet. Tanta vero cum sit veterum scriptorum vis, atque copia, quae ex eo Evangelii Lucae loco demonstrat praecipuam in Ecclesia universa haesisse auctoritatem Petro, qua fronte tu audes con-

N 2

(1) Tom. eod. Concilior. pag. 1846.

(2) Pag. 295. Tom. v. Oper. Sirmond: Edit. Venetae an. 1728.

(3) Ibid. pag. 315.

(4) Synodi VIII. Action. I. Tom. v. Concilior. pag. 779.

(5) Tom. VI. Parte I. pag. 930., et pag. 937.

tra statuere? At erunt qui hos te non legisse, dicent. Id ego facile (iis etiam non dicentibus) crederem. Sed eo, qui se theologum plane *illuminatum* profiteatur, ecquid est turpius, quam et falsum sentire, et quod ipsi non sit perspectum, planeque cognitum, sine ulla dubitatione defendere? Legisses saltem Bossuetii meditationes, quarum est a nobis, num. hujus Epist. II. p. 182. sq. facta mentio. Comperisses tu quidem, eo ipso praedicatore, ac teste, quo tute non parum saepe patrono gloriare, quam locus ille Evangelii Lucae conferat ad confirmandum, adserendumque Primatum Petri; quamque tu, id negans, graviter rei theologicae inscientia labores, quantaque sit opinionum tuarum perversitas.

De auctorizationibus, et ordinationibus Episcoporum quam falso Anonymus disputet.

V. Sed pergis argutari. *Ordines*, inquis, *et auctorizationes Episcoporum fiebant solum in Concilio Archiepiscopali. Non ante Seculum XIV. separata fuit auctorizatio ab ordinatione, et paullatim Curia Romana traxit ad se ordinationem, auctorizationem, et translationem Episcoporum*. Utere autem testibus Van-Espenio Tit. XV. Cap. I. et Thomassinio *Parte* II. Lib. II. Cap. XLII.

Haec vero idcirco abs te jactari intelligo, ut tuis civibus persuadeas, Episcopos *auctorizari a Pontifice Romano non oportere, potestatemque Papae non esse potestate cujusque Episcopi potiorem*.

Verumtamen doce, me obsecro, existimesne, Epi-

scopos quosque, ut legitimi et sint, et habeantur, jungi unitatis centro debere societate communionis? Si neges, vincam errare vehementer te, ut qui audeas quam longissime a Catholica Patrum omnium, Ecclesiarumque orthodoxarum doctrina deficere. Scilicet S. Irenaeus Libro III. adversus haereses Cap. III. n. 2. „ Ad hanc (Romanam) Ecclesiam, inquit, pro„ pter potiorem principalitatem necesse est omnem „ convenire Ecclesiam, hoc est omnes, qui sunt undi„ que fideles „. S. Cyprianus Epist. XLVIII. al XLV. ad Cornelium (1), Romanam Ecclesiam *radicem*, *atque matricem* esse ceterarum scribit, adeoque jungi communione Pontifici Romano omnes Sacrorum Praesides, atque ita tenere unitatem Ecclesiae Catholicae

(1) Est ea Epistola inter Cornelianas IV. num. 3. pag. 132. Tom. I. Epistolar. Romanor. Pontif. Edit. Paris. an. 1721. „ Nos, *inquit* Cyprianus, singulis navigantibus, ne cum „ scandalo ullo navigarent (Ro„ mam) rationem reddentes, scimus „ nos hortatos eos esse, ut Ecclesiae „ catholicam *radicem*, et *matri*„ *cem* agnoscerent, ac tenerent. Sed „ quoniam latius fusa est nostra „ provincia, habet etiam Numidiam, „ et Mauritanias duas sibi hae„ rentes, ne in urbe schisma (a No„ vatiano) factum absentium ani„ mos incerta opinione confunderet, „ placuit etc. Episcopos retenta a no„ bis rei veritate, et ad comprobat„ dam ordinationem tuam (*Cornelii* „ *nempe Pontificis* Romani) facta au„ ctoritate majore, tum demum „ scrupulo omni de singulorum pe„ ctoribus excusso, per omnes omnino „ isthic positos litterae fierent, sicut „ fient, ut te UNIVERSI COLLE„ GÆ NOSTRI, et COMMUNI„ CATIONEM tuam, idest Catho„ licae ECCLESIÆ UNITATEM „ pariter, et caritatem probarent fir„ miter, ac tenerent. Quod divini„ tus evenisse, et consilium nostrum „ providenter processisse gaudemus „.

oportere. S. Optatus Milevitanus Lib. II. contra Donatistas Cap. III. et sq. commercio *formatarum* (1), seu litterarum communicatoriarum cum Romano Pontifice *in unam societatem* Episcopos *concordasse* docet, adeo ut qui id facere recusassent, iidem reiicerentur in turbam schismaticorum. S. Ambrosius, Patresque ceteri, qui in Synodum Aquilejensem convenerunt, quod plane scirent Sedem Petri eam esse, unde est orta unitas Sacerdotalis, cum ad Imperatores scriberent, *totius orbis* Romani eam esse caput testati sunt, indeque in *omnes venerandae communionis jura dimanare* animadverterunt. Quid? si S. Ambrosius ipse in priore libro *de Excessu fratris sui Satyri* n. XLVII. *idem* esse cum Episcopis Catholicis convenire judicarit, atque convenire cum Romana Ecclesia? (2) Multa nobis eadem de re testimonia sunt in promptu, sed faciam eorum describendorum, indicandorumve modum, ne in rebus apertissimis esse nimium longus

(1) De formatis confer Dupinium not. 39. ad locum eumdem Optati pag. 32. Edit. Antuerp. an. 1702. et Bernardum Ferrarium, cujus extat de litteris Formatis opus, utque alios praetermittam, Michaelem Lequienium Panopliae contra Schisma Graecorum Prolog num. VII et seqq. p. 7. Edit. Paris. an. 1718. Ambrosii seu potius Synodi Aquileensis Epistola extat inter eas, quae ad S. Damasum pertinent, estque num. XII. §. IV. pag. 534. Tom. I. Epistolar. Romanor. Pontif. Edit. Paris. an. 1721.

(2) Vide Tom. IV. oper. S. Ambrosii Edit. Venetae an. 1751. pag. 188. quo loco: „ advocavit, *inquit*, ad se „ (Satyrus Episcopum, percontatus„ que ex eo est, utrumnam cum Epi„ scopis Catholicis, hoc est cum Roma„ na Ecclesia conveniret „?

videar (1). Itaque unò Augustini contentus ero,ex quo perspici plane potest, Episcoporum nemini integrum umquam fuisse ad alterum Episcopum scribere, nisi cognosset, gaudere ipsum Apostolicae Sedis communione, esseque propterea legitimum Ecclesiae, cui praeesse diceretur,Antistitem. Atque Augustinus quidem *ad Carthaginiensem Episcopum*, ROMANO PRAETERMISSO, NUMQUAM *Orientalem* Catholicam scripsisse ait (2); additq.Cresconium alloquens, *ubi saltem vester* (Donatista) *scribi debuit,quem soletis Romam paucis vestris mittere ex Africa*. Nam Donatistae, ut ne sejuncti a Romano Episcopo esse viderentur,Romam ex Africa suae factionis hominem miserant, qui locum se tenere Petri mentiretur,ipsisque centrum unitatis esset. Adeo Christianis, etiam Schismaticis, Hæreticisqne insederat, coetus eos non esse Christi, quorum Antistitibus non esset cum Romano, seu cum Successore Petri conspicua consociatio!Patere nunc, ut Patrum testimoniis testimonium adjungam Justiniani Imperatoris. Is in literis, quas ad Epiphanium Constantinopolitanum dedit (3) = In omnibus, „ *inquit*, servavimus statum unitatis Sanctissimarum

(1) Confer Dupinium loco paullo ante indicato.

(2) Augustinus Lib. III. contra Cresconium Cap. XXXIV. Tom. IX. oper. Edit. Antuerp. an. 1700. p. 309.

(3) Vide Tom. II. Concilior. pag. 1146., et Cod. lib. I. Tit. I. Lege 7.

„ Ecclesiarum cum Sanctissimo Papa, et Patriarcha
„ veteris Romae, ad quem similia horum praescri-
„ psimus. Nec enim patimur, ut quidquam eorum,
„ quae ad Ecclesiae statum spectant, non ad ejusdem
„ etiam Beatitudinem referatur, CUM EA CAPUT
„ SIT OMNIUM SANCTISSIMORUM DEI Sa-
„ cerdotum ὡς κεφαλὴ οὖσα πάντων τῶν τοῦ Θεοῦ ἱερέων. Atque haec ego esse tibi opponenda duxi, si neges more schismaticorum. Sin concedas, Episcopos quosque, uti legitimi Episcopi et existimentur, et sint revera, centro unitatis, idest Pontifici Romano junctos esse oportere consociatione communionis; fateare item necesse est, notam ceteris Episcopis esse debere ejusmodi consociationem, ut ipsos legitimorum Episcoporum numero ducant, velut ex Patrum doctrina demonstratum est. Nota autem esse qui tandem poterit, nisi indiciis non obscuris, neve incertis, cujusmodi sunt ordinatio, tesserae, litterae formatae datae a Pontifice, quibus declaretur, eos quibuscum communicare fas sit, esse rite constitutos Episcopos etc.? Haec vero declaratio, cujusmodi quaeso est, nisi *auctorizatio*, seu *roboratio*, *solidatioque Episcopatus*? Profecto Bonifacius I. in litteris, quas anno 422. ad Episcopos per Macedoniam, Achajam, Thessaliam, Praevalim, et Daciam constitutos dedit, (1) scripsit hoc modo: „ Clementissimae recor-

(1) Tom. II. Concilior. pag. 1116.

„ dationis Princeps Theodosius, Nectarii ordinationem, propterea quia in nostra notione non esset, „ habere non existimans firmitatem, missis e latere „ suo aulicis cum Episcopis, formatam huic a Sede „ Romana dirigi regulariter depoposcit, QUAE „ EJUS SACERDOTIUM ROBORARET „. Paullo ante dixerat: „ Haec sententia canonum a vetustate duravit, et nunc usque, Christo nostro favente, perdurat. Nemo umquam Apostolico culmini, de cujus judicio non licet retractari, manus „ obvias audacter intulit, nemo in hoc rebellis exstitit, nisi qui de se voluit judicari „. Eodem pertinent, quae S. Leo ad Marcianum Imperatorem anno 452. scripsit de Anatolii Constantinopolitani ordinatione, quae legitima dicta fuerit Sedis Apostolicae beneficio „: Custodire debuit (Anatolius) *inquit*, ut „ QUOD NOSTRO BENEFICIO (seu); GRA„ TIA NOSTRA *ἡμετέρα χάριτι* noscitur con„ sequutus, nullius cupiditatis pravitate turba„ ret „. (1) His consentanea sunt, quae Anatolius idem ad Leonem scribens persequitur. Is illud praeterea adjungit: quae a Patribus Chalcedonensibus de Throno Constantinopolitano statuta fuerant, ita composita fuisse, ut essent auctoritati Romani Pontificis

(1) Epist. LXXIX. al LXXVIII. pag. 314. et Epist. LXXXII. ad Julia-
Cap. II. pag. 309. et Epist. LXXX. c. II. num Episcopum Coensem pag. 324.

Digitized by Google

reservata. (1) Denique ne tibi sim prolixitate molestior, S.Gelasius I. Pont.Max. Epistola VIII. quae tractatus inscribitur (2) : „ Majores nostri, ***inquit***, reverendi illi Ecclesiarum Magistri, clarissimaque illa „ Populi Christiani lumina .. ad illam Sedem, quam „ Princeps Apostolorum sederatPetrus, SUI *Sacerdotii* SUMPTA PRINCIPIA... MITTEBANT, „ SUÆ INDE SOLIDITATIS GRAVISSIMA FIRMITATIS ROBORAMENTA POSCENTES, ut „ per hanc speciem omnibus appareat,vere unam esse „ per omnia, et indissolubilem Christi Ecclesiam ... „ quae...nunc si propter perfidiam...impiamque praesumptionem violatur, ... videte,et sapienter expendite,in quam grave periculum nostra deducitur conscientia, dum tanta majorum solvitur observantia. „ Quis enim non agat quodcumque libuerit, si semel in consuetudinem corruptus ordo pervenerit ? „ Si autem hoc sagrilegum est etiam cogitare, cur „ non cum diligentissima observatione teneatur haec „ forma majorum, cum sit in hoc observationis tenore ineffabilis, indubitataeque unitatis evidens, „ et grande mysterium „ (3) ? Tenes, quam vetus

(1) Ep. ad Leon. Pap. ibid. p. 395.

(3) S. Gelas. Ep. VIII. T. II. Concil. p. 920. Pergit. Gelasius „ [Unum Principem Christus ex Apostolis] voluit, cumque dispensatione mirabili „ in dominam gentium Romam direxit, ut in praecipua urbe, vel prima „ primum, et praecipuum dirigeret „ Petrum, ibique sicut doctrinae „ virtute sublimis emicuit... ita aeter-

sit de *auctorizatione* Episcoporum, quae ab Apostolica Sede pendeat; quam arcte cum doctrina majorum nexa; et qua serie inde ad haec usque tempora ducta sententia. Itaque cavebis posthac, si sapies, ne tua opera sollicitentur cives tui, ut universitatem, vetustatem, continuationem deserant; atque ad eos se quasi tempestate deferri sinant, in quos tute scopulos turbine Schismaticorum, Protestantiumque jactatus impegeris.

Thomaſſini teſtimoniis abutitur Anonymus, eaque ſecus interpretatur, quam Thomaſſinus idem voluerit.

VI. Nam illud, quod in nos ex Thomassini opere contorques, ad rem non pertinet. Est enim de disciplina, qua olim confirmari Episcopi a Metropolitis consueverant. Id autem ego tantum abest, ut negem, ut facile etiam concedam. Verum quid te isthinc elicere posse speras, quo Pontificem Maximum aut aeques Episcopis jurisdictionis potestate; aut efficias non tam esse Episcopis iisdem praestantiorem, quam ego censeam? Sane horum neutrum isthinc est consequens; utrumque autem et falsum est, et uti falsum reiicitur a Tohomassino (1): a Thomassino autem? Immo vero

„ no hospitio conquiescit, praestans „ Sedi, quam ipse benedixit, ut a „ portis inferi numquam pro Domi„ ni promissione vincatur, omnium„ que sit fluctuantium tutissimus por„ tus, in quo ... qui contempserit, „ ipse videbit qualia genera excusa„ tionum in die obtendat judicii „.

(1) Thomassin. *in Reſponſ.ad Notas Scriptor. Anonymi in I. et II. Tom. de Nova et Antiq. Eccl. Diſcip.*, quae responsio praefixa est T. I. Edit. Lugd. an. 1706. „ Claret, *inquit*, quam non „ pares faciam singulos Episcopos sum„ mo Pontifici Petri ex asse successori, „ quos [Episcopos] ne ex asse qui-

a Clero Gallicano universo, (1) atque a coetu cuncto catholicorum (2) 2. Id genus disciplinae, et si olim invaluerit, Thomassino tamen teste, non erat ejusmodi, ut illud, si postularet ratio, ad se revocare Pontifex non posset plenitudine potestatis suae (3), quemadmodum reipsa postmodum revocavit. 3. Quis ferat tantum abs te tribui Metropolitis, tantumque Pontifici Maximo detrahi auctoritatis; etsi jus Metropoliticum Ecclesiasticae institutionis sit; Primatus autem Pontificis divini juris? Non id ego

„ dem successisse dico illi amplitudini, „ qua potiebantur Apostoli Petro capi- „ te utique suo minores „. Et Respons. „ ad not. 5. ait: statuisse quidem se „ Cap XIII. l. 1. 2. 9. „ subordina- „ ri ceteros Apostolos Petro, et Apo- „ stolatum Ecclesiae *Romanae* exal- „ tari supra omnes cathedras Episco- „ pales „: et num. 12. „ Eminet „ Papa Capitis prerogativa, in cujus „ vel participationem, vel societa- „ tem vocari nequit ullus praeterea „ Episcopus „.

(1) Confer Mamachinm Tom. I. Epistolar. ad Febron. Epist. II. pag. 269. sqq., et pag 364. sqq. qui testimonia Cleri ejusd. copiose est persequutus.

(2) Mamach. ibid pag. 381. sqq. et pag. 178. sqq.

(3) Thomassin. ibid. fatetur „Pon- „ tificem Rom. verius, et peculia- „ rius, et cum singulari longe am- „ plioris potestatis plenitudine Petri „ successorem esse tamquam vertici a, „ et principis Apostolorum „. Et *in* „ III. *Part. not.* 2. „ monuisse [ait se „ lectores suos] *P. I. Lib. I. c.* XIII. „ *P.* II. *l.* 1. *c.* 1. Petro successisse Epi- „ scopos omnes, singulosque, non ex „ asse tamen, sed pro suo quemque „ gradu: plenissime autem, et ex asse „ Petro successisse Romanae Sedis „ Pontificem „. Et not. 9. ubi de confirmatione disserit Episcoporum: „ nihil *inquit*, opportunius ad sum- „ mae Sedis majestatem, aequitatem- „ que tuendam dici potuit, quam „ ut jure devolutionis, quo nihil „ sanctius, nihil aequius, nihil FIR- „ MIUS id factum esse diceretur, et „ comprobaretur? Nec est, quod re- „ formides, quod ita partum jus dila- „ batur. Nihil enim devolutioni con- „ trarium. Confer quae sequuntur.

nunc quaero, confirmati ne fuerint a Metropolitis Episcopi. Quis namque id nesciat? Illud quaero, num legitimi Episcopi habiti umquam fuerint, habendive sint ii, qui etiamsi confirmati essent a Metropolitis suis; tamen a Pontificibus Maximis aut agniti uti legitimi non essent, aut litteras, indiciave non incerta, neque obscura communionis non impetrassent ab Apostolica Sede, vel ipsa per se, vel per Vicarios, Legatosve suos etc., quibus eadem ministris uteretur, per quos *venerandae suae communionis jura* in alios permanare curaret? Atque eos quidem, si qui extitissent, qui expertes communionis ejusdem essent, in legitimis esse numerandos, Patres, ut paulo ante vidimus, vehementer negant. Itaque quovis tempore, aut ab Sede Apostolica, communionis ipsius adserendae causa, quoquo versum litterae formatae commearunt (1); aut a Vicariis, Legatisve Sedis Petri, quales fuerunt Thessalonicensis in Macedonia (2) Achaja, Praevali etc., Arelatensis in Gallia (3), Hispalensis (4), et Illicitanus in Hispaniis, Constantinopolitanus interdum in orientis regionibus (5), curatum idipsum fuit; cum eorum partes es-

[1] Vide supra S. Optati, et aliorum PP loca.

[2] Adeundus Coustantius Praef. in Epist. Rom Pontif. P. 1. n. 23. pag. xix. Edit Paris. an. 1721, et Lequien Panopl. adver. Schisma Graecor. p. 46. sqq. et pag 106. sqq.

[3] Coustantius *ibid. n.* xxiv. *pag.* xxi.

[4) Ibid n 25. pag. xxiii.

(5) Coustant ib. n. xxvii. p. xxv. sq. S. Martinus I. auctoritate nixus

sent *pro veteribus constitutis provida dispositione praecipere*, *vel personae* ipsius Pontificis auctoritate firmare; aut Pallii missione (quod insigne non communionis modo (1), sed dignitatis etiam, auctoritatisque confirmatae erat) jus Metropoliticum constabiliendorum Episcoporum adstrui, roborarique consuevit. 4. Quid? Si jus idem Metropoliticum, de quo Thomassinus in eo, quem tu indicas, loco disserit, legibus nitebatur latis ab Apostolica Sede (2)?

Haec cum ita sint, qua tu confidentia sumis, confirmationes Episcoporum sibi Romanos Pontifices arrogasse? Thomassinus ecce, cujus tu auctoritate abutere, id jus devolutum ad Pontifices Maximos, non a Pontificibus Maximis injuria usurpatum testatur; quo quidem devolutionis jure *nihil esse*, affirmat, *sanctius*, *nihil aequius*, *nihil firmius*; idque jus *seme partum perpetuum* haberi oportere pugnat.

Jam de ordinationibus Episcoporum quod adjungis,

Apostolicae Sedis, Vicarium suum in Oriente constituit Episcopum Philadelphenum „ ut Ecclesias in illis partibus decenter ordinaret, et in iis omnibus Episcopos crearet, permissa ei a Domino per (*Pontificem*) sive per auctoritatem Sancti, et Principis Apostolorum Petri spirituali potestate „. An. 649. Vide ejus *Epist* x. *ad Petrum virum illustrem. Et Epist* xi. *ad Ecclesias Hierosolymitanam*, *et Antiochenam* T. xxI. *Conc. p.* 655. *sqq. Ed. Paris. an.* 1714.

(1) De Pallio agam paulo post copiosius.

(2) Vide Thomass. De Discipl. etc. par. II. lib. II. cap. XLII. n. I. sqq. quo quidem capite nihil statuit, nisi decretorum Sedis Apostolicae auctoritate, vel responsis Juris Canonici peritorum, qui decretis eisdem nitebantur, vel constitutis Synodorum Lateranen., et Tridentinae, quae eadem Decreta vigere norant.

quale tandem est? Annon S. Cornelius Papa, depositis Episcopis, qui Novatiano manus imposuerant, successores eorum ordinavit, in eorumque Ecclesias misit, ut Episcopatus ibidem munere fungerentur, (1) non modo non repugnante Cypriano, sed quae a Cornelio ipso gesta fuerant, laudante? Novatianus vero, qui in Pontificatum invadere tentarat, an Episcopos non creavit permultos, eosque in varias Provincias ire jussit, in iisque cathedras regere Episcopatus? Ausus ne id ille fuisset, nisi cognitum ei, perspectumque fuisset, fieri tale quidpiam a Romano Pontifice potuisse, qualem se ille esse jactabat? S. Cyprianus Ecclesiasticae disciplinae cum primis tenax, non quo id fieri nequivisse jure a Romano Antistite putaret; sed eo reprehendit, quo a schismatico factum esset, qui tot Episcopis inductis, scindere conaretur Ecclesiae unitatem (2). Quid? Siricius Papa Eccles. seculo IV. annon tollendarum abusionum causa, *Epist. VI. ad diversos Episcopos* scripsit, ut sacrorum electi Praesides *Romam de longinquo etiam aliquando venirent ordinandi, ut digni essent plebis, suoque judicio comprobari*? (3) Quotus autem quisque fuit, qui hoc fuisse secus atque jus postularet, factum diceret? Nemo

(1) S. Cornel. Epist. XI. ad Fab. Antiochen. Tom. I. Epistolar. Rom. Pontif. pag. 147. Ed. Paris. an. 1721.

(2) Epist. LV. al. LII. ad Antonianum pag. 112. Ed. Oxon. an. 1682.

(3) Cap. 1. num 3. pag. 661. T. I. Epistolar. Rom. Pontif. Edit. Paris. an. 1721.

profecto. Mitto quae Bonif. I. (1), S. Gregorius Magnus (2), Hadrianus I. (3) eadem de re monumentis mandarunt litterarum. Nam recentiora persequi non vacat, quae et multa sunt, et longam poscunt orationem.

Quam erret Anonymus Thomaſſinum falso appellans testem de divisionibus Episcopatuū, deque Episcoporum depositionibus, restitutionibus, resignationibus disserentem.

VII. At erigere Episcopatus novos, antiquos dividere, deponere Episcopos, eorumque resignationes excipere non jus suum persequentis Pontificis est; sed alienum sibi temere arrogantis.

De Episcopatibus aut recens institutis, aut divisis etc. non est cur multis te morer (4). Hoc autem ex te quaeram: quem tu auctorem sequare? Thomassinum, inquies; sed is contra te vehementer pugnat. Nam „ benemultas Episcopales Sedes, *inquit*, jam „ inde ab incunabulis Ecclesiae ab Antistitibus Ro„ manis constitutas fuisse, prolixe docui Part. I. „ Lib. I. cap. XIV., et Part. II. Lib. I. cap. XI. Quin „ etiam primitus fuisse ostendi Apostolicae potesta„ tis exuberantiam, quae in Apostolica Sede principa-

(1) Vide Epitt. Ad Epiſcopos Macedoniae &c. Tom. xI. Concilior. pagin. 1127 Edit. Paris an. 1714.

(2) Lib. xI. Epist. xxxix. ad Clerum, et Plebem Crotonae pag. 136. Edit. Venetae an. 1770. Tom. vII.

(3) Epist. ad Constantin. et Iren. Augg Concil. vII. Action. II. an. 787. Tom. Iv. Concilor. pag. 93. Consecrationes sui Patriarchatus Archiepiscoporum ad se pertinere, idque traditione niti affirmat.

(4) Vide S. Hilarum Papam Epist. ad Veran. T. II. Concil. pag. 791. sq. S. Gregorium Magnum lib. 1. Epistol. vIII. pag. 12. Ed. Ven. an. 1770. T. vII., et Ep. xLIV. l. Iv. p. 242. etc.

„ cipaliter residet (1) „. Quod si pergas a Thomassino praesidium petere, jam tibi ab eo responsum putato ita, ut responsum fuit alteri nescio cui, qui non dubitarat ei similia tuis istis adscribere: „ Ne „ mihi hanc aspergas maculam, quasi, me auctore, „ sola consuetudine, non etiam principali potestate „ nitatur Romanus Pontifex in erigendis Episcopatibus „ novis. Contrarium prorsus docui in locis citatis (2) „. Visne clarius? Age vero qui constituere Episcopatus novos jure suo potest, quid obstat, quin dividere jam constitutos queat, aut divisos conjungere si tempus, et ratio moneat?

At Patres, inquies. Qui? Indicato unum aliquem. Nullum nominas. Qui autem nomines, quum eorum inventus sit nemo, qui hoc usquam potestatis genus Pontifici Rom. negaverit; fuerint autem contra perplures, qui ei, primatus causa, et delatum agnorint, et eidem jubenti duxerint esse parendum? Non heic ego Alexandrum Antiochenum Antistitem ab Innocentio I. P. M. ann. 415. responsa his de rebus petentem commemorabo (3), neve Episcopos,

(1) Thomassin. ibid. not. 4. addit: „ non eam potestatem a Conciliis „ provincialibus, vel accepit, vel „ extorsit Romanus Pontifex; sed „ quam semper habuerat, quam alicubi exercuerat, eam, supersedentibus „ Conciliis Provincialibus, coepit ubique terrarum solus exercere „.

(2) Ibid.

(3) Vide Innoc. I. Epist. xxiv. ad Alexandrum Antiochenum cap. II. pag. 852. Tom. I. Epistolar. Rom. Pont. Edit. Paris. an. 1721.

qui seculo eodem quinto, Zosimo (1), Caelestino (2), Leoni (3) de finibus Dioeceseon statuentibus paruerunt, quod non fecissent, si juris id ipsorum esse non censuissent. Praetereo ceteros, quorum esse numerum sane magnum intelligo. Exemplis me continebo eorum, qui Caelestino eidem (4) de Hiberniae paroeciis decernenti, ac Gregorio Magno Minturnensem Dioecesim Formiensi (5), Misenatem Cumanae (6), Trium Tabernarum Velitranae (7), S. Anthemianam Nomentanae (8), et Carinensem Rhegiensi (9) jungenti, et Phausanianam a Calaritana divellenti (10) ita consensere, ut plane ostenderint, nihil affirmasse Urbanum II. quod minus esse verum videatur, cum (*in Append. Epist. ad Rainoldum Remensem*) scriberet (11):

(1) Zoſ. Epist. I. ad Epiſcopos Gall. cap. III. ibid. pag. 938.

(2) Epist. IV. ad Episcopos Prov. Viennensis cap. IV. ibid. pag. 1070.

(3) Epist. Episcop. Prov. Arelat. ad Leon. cap. VI. pag. 228. et Ep. LII. S. Leonis ad eosdem T. 2. oper. Edit. Rom. an. 1755. pag. 228. sq.

(4) Confer. Prosperi Chronicon ad an. 429. et Coustantium in *notitia* Epistolar. Caelestini I. §. IX. p. 121. Tom I. Epiſtolar. Rom. Pontif. Edit. Paris. an. 1721.

(5) Lib. I. Epist. VIII. ad Bacaudam Formiensem Episc. Tom. VII. oper. Edit. Venetae an. 1770. p. 12.

(6) Lib. II. Epist. XLV. ad Benenatum Episcopum ibid. pag. 142.

(7) Lib. eod. Epist. L. ad Johannem Episc. ibid. pag. 150.

(8) Lib. III. Epist. XX. ad Gratiosum Episcopum ibid. pag. 178.

(9) Lib. VI. Epist. X. ad Bonifacium Episcopum ibid. pag. 357.

(10) Lib. IV. Epist. XXIX. ad Januarium Epiſc. Ibid. pag. 256. sq. Mitto aliorum Pontificum rescripta, ne nimius videar.

(11) Epist. IV. ad Rainoldum Remen. Archiep. T. VI P. II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. pag. 1655.

Sedis esse Apostolicae, *Episcopatus conjungere*, *conjunctos disjungere*, *aut etiam novos construere*. Quid enim hesternos scriptores tui similes audiam, qui quod a Basilio Magno, jure humano Hexarcho Cappadociae (1), quod a Numidiae, jure item humano, Primate (2), quodque ab Augustino etsi Episcopo simplici (3) Hipponensi factum dum probant; id factum a Pontifice Romano, jure divino totius Ecclesiae Capite, reprobant, secus certe, quam communis sensus postulet?

Quid autem istud est, quod de Conciliis Archiepiscopalibus misces, a quibus res ejusmodi disponerentur, consensu summorum Principum? An cum Apostoli Episcopatus constituerent (4), consensionem expetierunt aut Caligulae, aut Claudii, aut Neronis? Patres vero, qui quatuor ipsis prioribus Ecclesiae seculis claruerunt, tamne fuisse aut nescios, aut inimicos juris Principum arbitraris, ut (cum dioeceses Episcopis partirentur, neque consensionem expeterent Imperatorum, vel imprudentes errarent; vel scientes; volentesque summae civili potestati in-

(1) Vide S. Basil. Magni Vitam. Cap. XXIII. n. III. pag. CXII. T. III. oper. Edit. Paris. an. 1730.

(2) Confer S. Aug. Epist. CCIX. ad Caelestinum num. 2. sqq. Tom. II. oper. p. 591. Edit. Antuerp. an. 1700.

(3) S. Aug. Ibid., unde intelliges, quae sit Apostolicae Sedis in judicandis, firmandisque judiciis Episcoporum auctoritas.

(4) Vide Clement. Rom. Epist. I. ad Corinthios n. 42. pag. 29. Tom. I. Epistolar. Rom. Pont. Edit. Paris. ann. 1721.

ferrent injuriam? Scilicet illi ita sese jure gesserunt in finibus Episcopatuum constituendis, uti jure Romani in Cornelio Pontifice Secul. III. deligendo, eo *tempore, quo Imperator multo patientius, et laudabilius audiret levari adversus se aemulum principem, quam constitui Romae Dei sacerdotem* (1). Age vero Apostoli Episcopatus distributuri, an concilia celebrabant (2)? Quod autem Apostoli fecere, cur facere non queat is, qui Principi succedit Apostolorum (3)?

Sed novum videtur tibi, idque a Pontifice usurpatum injuria, Jus *deponendorum* sontium Episcoporum. Nimirum te peregrinum, in historia, atque hospitem esse video. Nam idne jus, mi homo, novum tu facias, quod Ecclesia jam usque ab initio Pontifici Romano attributum novit? Extremo I. Seculo Corinthii ad Sedem Apostolicam confugerunt, petieruntque, ut subvenire ipsis ne gravaretur, ipsorumque Episcopos, quasi improbe officio funge-

(1) S. Cyprian. Epist. LV. al. LII. ad Antonianum pag. 104. Edit. Oxon. an. 1682.

(2) Vide I. Epist. S. Clement. ad Corinth. num. XLIV. pag 30. sq. T. I. Epistol. Rom. Pon. Ed. Paris. an. 1721.

(3) Immo vero de divisione metropoleon Innocentius, quem ea de re consuluerat Alexander Antiochenus, Epist. XXIV. num. II. pag. 852. scribit hoc modo „ quod sciscitaris, „ utrum divisis imperiali judicio Pro- „ vinciis, ut duae metropoles fiant, „ sic duo metropolitani Episcopi de- „ beant nominari, non esse e re vi- „ sum est, ad mobilitatem necessi- „ tatum mundanarum Dei Ecclesiam „ commutari; honoresque, aut divisio- „ nes perpeti, quas pro suis causis „ faciendas duxerit Imperator. Ergo se- „ cundum pristinum provinciarum „ morem, metropolitanos Episcopos „ convenit numerari „. Τὸ *non esse e re visum est*, satis indicat, standum

rentur, de gradu deiici pateretur; id quod Clemens I. recusavit, non quo jure improbos deponendi careret; sed quo *peccatum non leve fore* sciret, *eos qui citra querelam, et sancte obtulissent dona, ab Episcopatu, seu a ministerio removere*. S. Cornelius Papa an. 251. Episcopos tres, qui ex finibus extremis Italiae acciti, Novatianum consecrarant Episcopum, de dignitate exturbavit et unum quidem eorum *ad communionem laicam suscepit*; reliquis vero duobus *successores ordinavit* (1). Neque vero quisquam fuit ejus aetatis Antistitum, qui eum praeter, aut contra jus egisse putaret, eamque ob rem accusandum arbitraretur. S.Stephanus P.M. idemque Martyr rogatus a S.Cypriano Carthaginiensi Episcopo an.circiter 255. est „ ut plenissimas litteras ad Coepiscopos in Gallia constitutos scriberet, neve ultra Marcianum (Novatiani asseclam) collegio Episcoporum insultare pateretur (2). Addidit porro Cyprianus „: Dirigantur ad Provinciam, et ad plebem Arelate consistentem a te litterae, QUIBUS, ABSTENTO MARCIANO,

esse hoc in genere etiam decretis Pontificum Romanorum. Quod si Synodus Chalcedonensis can. xvII. T. xI. Concilior. p. 608. Ed. Paris. an. 1714. secus deinceps agendum statuit; statuit non jussu Imperatoris, sed jure auctoritateque sua, ac si modo id Leoni Pontifici probetur, quem et Caput, et Patrem agnoscit suum, et Custodem vineae divinitus constitutum.

(1) Epist. Ix. quae est ad Fabium Antiochenum n.2. Tom.i. Epistolar. Rom. Pont. pag. 150.

(2) Ep. inter Stephanianas I. n.2. pag. 213. Tom. eod.

ALIUS IN LOCUM EJUS SUBSTITUATUR etc. „ (1) Quid autem *τὸ quibus abstento etc.* sonat, quam vi litterarum Stephani dejectum iri de Episcopatu Marcianum ita, ut alius *in ejus locum* substituatur Episcopus? Tam certum autem fuit Cypriano, fore, ut ita res cederet, ut ad extremum haec adscribenda judicarit: „ significa plane nobis, quis in locum Marciani „ Arelate fuerit substitutus, ut sciamus ad quem fra- „ tres nostros dirigere, et cui scribere debeamus „ (2) Atque haud scio, cur tandem, qui jure suo de Episcopis statuat (3); is jure item suo Episcopum non obtemperantem, sed omnia commoventem, atque turbantem de dignitatis gradu dimovere non possit. Sane Ursacius, et Valens, cum plane nossent, quae potestas in Episcopos, qui praesertim perverse agant, insit Pontifici Maximo, plurimum se consequutos judicarunt, quod eos Julius Papa dignatus fuisset venia (4). Eustathius Sebastenus non post multo de Sede sua a quingentis Episcopis, qui in Synodum convenerant, pulsus, cum ad Liberium Pontificem confugisset, eique, etsi mendaciter, fi-

(1) Ibid. n. 3. pag. 213.

(2) Ibid. n. 3. pag 215 sq.

(3) Confer S Angust. Ep XLIII. al. CLXII. ad Glorium etc. c.v.n.16. pag.72. Tom. II. qui statuisse Melchiadem scribit laudans: „ ut quibus- „ cumque locis duo essent Episcopi, „ quos dissensio geminasset, is con- „ firmaretur, qui fuisset ordinatus prior; „ alteri antem eorum plebs alia re- „ genda provideretur „ .

(4) Epistol. Jul V. pag.406. Tom. Epistolar. Rom. Pont. Edit. Paris. an. 1721.

dem tamen se complecti affirmasset, quae Nicaenae consona omnino esset; restitutus fuit, Episcopo, qui in ejus locum immissus fuerat, abjecto, non modo non repugnante, sed obsequente etiam Thyanensi Concilio (1). Anno circiter 380. Damasus Pontifex Maximus Timotheum Apollinaris auditorem de sua Episcopali Sede deturbavit, condemnavitque haereseos (2). Satis de Seculo IV. dictum est. Ad quintum venio. Caelestinus I. Nestorio Constantinopolitano Episcopo diem dixit, quo die, ni Nestorius idem resipuisset, sciret se multatum Episcopatu, prohibitumque Sacrorum Ecclesiae catholicae communione (3). Caelestini decretum, sententiamque in Nestorium latam Synodus Oecumenica Ephesina sequuta est (4). Id vero Bossuetio, cujus tu ver-

(1) S. Basil. Magn. Epist. ccxxvI. al. LxxIII. ad Monachos n. 3. p. 348. Tom. III. opp. Ed. Paris. an. 1730. et Epist. ccxLIV. al. LXXX. ad Patrophilum Aegensem Episcop. n. 5. pag. 37. sqq. et Epist. ccxLxIII. al. LxxIV. ad Occidentales n. 3. p. 406.

(2) S. Damas. Epist. xIV. Tom. I. Epistolar. Rom. Pont. Edit. Paris. an. 1721. pag. 571.

(3) S. Caelestinus Epist. xIII. ad Nestorium n. xI. pag. 1130. Tom. I. Epistolar. Rom. Pont. Edit. ejusd. et Epist. xIV. ad Populum Constantinopolitanum n. Ix. pag. 1147. et Ep. xI. ad Cyrillum n. 4. pag. 1106. sq.

(4) Confer Actionem II. Synodi Ephes. pag. 1471. Tom. I. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. Cognosces inde, quae Synodi ipsius nomine de Epist. et Decreto Caelestini dixit Firmus Caesareensis in Cappadocia Episcopus. Vide praeterea Act. I. p. 1421. sententiam ab Synodo ipsa latam depositionis Nestorii, in qua est scriptum hoc modo: „ NECESSARIO ADACTI „ ἀναγκαίως κατεπειχθέντες a sanctis „ Canonibus, et ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ Ἁγιωτάτου πατρὸς ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῦ Κελεστίνου: ex E-

bis interdum abutere, Bossuetio, inquam, teste (1); mirum in modum demonstrat, quam sit insignis Sedis Apostolicae auctoritas. Seculo eodem V. Felix III. Petrum Cnapheum Episcop. Antiochenum haereseos damnatum nomine, de dignitate dejecit (2). Neque vero hunc solum, verum etiam Acacium Antistitem Constantinopolitanum (3): quod quidem rite, ac jure factum universus ut occidens, ita quoque oriens agnovit, (4) propptereaque ejus Episcopi memoriam e dyptichis Ecclesiasticis, ita ut Romani Pontifices jusserant, delevit. Extant ea de re Johannis Episcopi ejus Ecclesiae, quam occuparat Acacius, ad Hormisdam Pont., an.519. scriptae literae, in quibus post ubi de anathemate in Acacium eumdem lato dixit, mox: „ Quapropter, *inquit*, sequentes in omnibus Sedem „ Apostolicam, et praedicantes ejus omnia constituta, „ et per omnia spero, ut in una communione vobis-

„ *pistola SS. Patris nostri, et Com-* „ *ministri Caelestini* Romanae Eccle- „ siae Episcopi... ad lugubrem hanc „ contra (Nestorium) sententiam ve- „ nimus„. Atque est hic etiam, atque etiam animadvertendum, ab Synodo in definitione, Caelestinum Pontificem a Patribus SUUM appellari PATREM πατρὸς ἡμῶν.

(1) Bossuet. in Animadvers. adversus Bibliothec. Dupinii cap. 1. de Synod. Ephes. observat. 1. sqq. Tom. 1. pag 550. sqq. Edit. Leod. an. 1767.

(2) Ep. IV. ad eumd. Cnapheum pag. 826. Tom. II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714.

(3) Epist. VIII. ibid. pag. 832.

(4) Restiterant aliquandiu Orientales, ac schisma conflarant; sed cessere tandem auctoritati, ut ex auctoribus Synchronis, praecipue autem ex Hormisdae Papae Ep. II. v. VIII. et X. pag. 1030. sqq. Tom. II. Concil. Edit. ejusd. liquet.

„ cum, quam Apostolica Sedes praedicat, esse merear „ futurum, in QUA EST INTEGRA ET VERA „ CRISTIANAE RELIGIONIS, ET PERFECTA „ SOLIDITAS (1) „. In eamdem sententiam scripsisse *omnes Sacerdotes earum partium*, auctor est Horsmisdas Ep. x. ad Johannem Nicopolitanum. Seculo ipso VI. Agapitus summo Pontificatu potitus, anno 535. Anthimum e Constantinopolitana Sede expulit, ejusque loco Menam Regiae Urbis Antistitem et dixit, et consecravit. Quare Monachi Constantinopolitani, Hierosolymitani etc. in libello supplici ad Justinianum Augustum (2): „ Misit, *inquiunt*, Deus „ huic Civitati Agapitum ... Pontificem antiquae Ro„ mae in depositione Anthimi, et praedictorum hae„ reticorum, tamqnam olim Petrum Magnum Roma„ nis in depositione Simonis Goetiani . . . Neque ad „ visum suscipere voluitAnthimum... Sed hunc juste „ ejecit de Sacerdotali Sede civitatis suae . . . praefe„ cit ipsi Ecclesiae Sanctissimum Menam etc. (3) „. Huc recidunt, quae Episcopi Syriae complexi libel-

(1) Ibid. Epist. v. pag. 122.

(2) Action. I. Syn. Constantinop. sub Mena Tom. II. Concilior. Edit. ejusd. pag. 1195.

(3) Addunt mox iidem Monachi petiisse ab Agapito se, ut Anthimum e Sede Constantinopolitana pulsum *omni Sacerdotali dignitate, ac operatione nudaret, sicut fecit S. Caelestinus contra impium Nestorium*, suasque preces Agapitum praevenisse, Anthimumque *omni dignitate Sacerdotali, et officio nudasse*. Ibid. p. 1195 Horum sunt similia, quae continentur pag. 1199. et libello ad Agapitum pag. 1207. sqq.

lo supplici sunt, quem Agapito eidem obtulerunt (1). Praetermitto exempla deinceps a Pontificibus Maximis in sontes, refractariosque Episcopos edita, ne copiosius agere videar, quam necesse sit. Vide S. Gregor. lib. II. Epist. VI. ad Neapolit. Tom. VII. Edit. Venetae an. 1770. pag. 102. et Martin. I. Ep. XII. ad Paulum Thessalonicensem Episcopum Tom. III. Concilior. pag. 670. Hoc addam perbreve: Romanae Sedis Antistites, qui pulsos de Ecclesiis suis Episcopos restituerint auctoritate sua; jure item suo egisse, cum improbos dignitate multarunt. Quod cum dico, consensione Majorum fretus, non meo arbitratu dico. S. Stephanus I. Basilidem Legionensem in Hispania Praesulem, Synodi Asturicensis decreto, de gradu dejectum restituit, Sabino, qui ejus loco ordinatus fuerat, reprobato. Neque id S. Cyprianus factum ab eo, quasi potestate careret, conquestus est. Immo vero cum fallacia egisse Basilidem, Stephano autem obreptum fuisse, scripserit, satis indicavit, potestate quidem Stephanum valuisse; verum quod statuit, eo solum nomine sustineri non oportere, quod fraude a Basilide fuisset impetratum (2). De Eustathio Sebastheno Liberii auctoritate restituto egisse me supra, memini. Quid? si Petrum Alexan-

(1) Ibid. pag. 1210. sq. pag. 172. Edit. Oxon. an. 1682.

(2) S. Cypr. Ep. LXVII. al. LXVIII.

drinum Magni Athanasii Successorem S. Damasus rursum in Sede Marci collocavit, abjecto Lucio (1), qui ei suffectus injuria fuerat? Nec vero quisquam Catholicorum Antistitum fuit, qui id jure suo fecisse Damasum non confiteretur. „ Petro, *inquit Socrates*, Roma reverso cum Damasi Romani litteris, quibus „ et consubstantialis fides, et Episcopatus Petro confirmabatur etc. „. Jam idem Socrates lib. II. cap. xv. narraverat, S. Athanasium, Paulum Constantinopolitanum, Asclepam Gazensem, Marcellum Ancyranum, Lucium Hadrianopolitanum Romam confugisse, et (quod prae ceteris, fert Ecclesiae Romanae praerogativa) ab Julio I. Pont. Max. impetrasse, ut suae ipsis Sedes redderentur; idque imperasse Julium litteris *παῤῥησιαστικαῖς libertate plenis*. „ Quo etiam pertinent, quae Sozomenus *lib.* III. *hist. cap.* VIII. persequitur. Nam is item cujusmodi ea praerogativa sit, quam Socrates memorat, ostendit. Sic autem habet: Eorum, quos memini, praesulum causas Julium cognosse, et „ quia propter „ Sedis suae dignitatem omnium cura, et sollicitudo „ ad ipsum spectabat, suam singulis Ecclesiam reddidit (2) „. Exempla cetera seculi IV. praetereo. Descendo ad quintum, de quo, cum non sit ne-

(1) Socrates lib. IV. Hist. Eccl. cap. XXXVII. p. 219. Ed. Taurin. an. 1747.

(2) οἷα δὲ τῆς πάντων κηδεμονίας αὐτῷ προσηκούσης διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ θρόνου ἑκάστῳ τὴν ἐκκλησίαν ἀπέδωκε.

cesse fusius agere, disseram equidem brevibus. Theodoritum Cyri in Syria Episcopum de Sede sua exturbatum Sanctus Leo Magnus restituit. Hujusce rei Synodus Chalcedonen. testis est locuples. Nam in Actione ejus Synodi I. (1) sic legitur: „ Ingredia„ tur, et Rm̃us Episcopus Theodoritus, ut sit par„ ticeps Synodi, quia *καί ἀποκατέστησεν αὐτῷ τὴν „ ἐπισκοπὴν ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος λέων*, *et re„ stituit ei Episcopatum Sanctissimus Archiepisco„ pus Leo*, et sacratissimus, et piissimus Impera„ tor sanxit, eum adesse Sanctae Synodo „. Quare Jacobus Benignus Bossuetius Episcopus Meldensis (2) Dupinium notans, qui secus haec efferenda duxerat magno et errore damnoque suo, et studio decipiendae christianae plebis, sic errantem, atque decipientem coarguit: *Non veretur Dupinius immutare voces* restituendi Episcopatus etc. *scilicet nihil hic agit Papa, juxta ac* Dupinius *idem* censet; *at plurimum, juxta atque Acta Concilii postulant. Nam Papa restituit, redditque Episcopatum actu quodam jurisdictionis, qui competere Episcopo Constantinopolitano non poterat etc. Quare adnotat ibidem Concilium, recuperatam ab Theodorito fuisse suam Sedem Leonis judicio*: „ ut Ecclesiam suam recipiat, sicut

(1) Tom. II. Concilior. pag. 71. sq. Concil. Chap. I. observ. v. p. 555. sq. Tom. xv. Opp. Edit. Leod. an. 1767.

(2) Bossuet. Mémoire sur la Bibliotheque de Dupin. Observat. sur les

„ Sanctissimus Leo Archiepiscopus judicavit „ . *Consideratur igitur Pontifex uti* JUDEX OMNIUM EPISCOPORUM , *cum fuerit (Teodoriti) quamvis hic ad Patriarchatum Antiochenum pertineret ; totumque Concilium plausum fecit , exclamando :* „ Post Deum „ Leo judicavit (1) „ . *Quid ? Permissumne historico cuiquam est , circumstantias hasce celare ; quodque pejus est , permissum ne est , eas transformare , earumque loco usurpare voces aequivocas , dubiasque , hasque claris ,* atque *formalibus substituere* (2) ? Hactenus de restitutione Teodoriti . De Maximi Antiocheni reditu , sic habeto . Hunc : „ SSm̃us Leo Roma- „ nus Archiepiscopus recipiens in communionem , „ praeesse Antiochensium judicavit Ecclesiae„ inquit Anatolíus Antistes Constantinopolitanus , moxque adjungit Action. x. Synod. Chalc. pag. 558. *ᾧ τινι τύπῳ ἀκολουθῶν αὐτός τε συνῄνεσα , καὶ πᾶσα ἡ παροῦσα ἁγία σύνοδος : quam formam sequens et ego, consensi , et universa praesens Sancta Synodus* . Longum est iter ad cetera . Itaque cum satis haec esse videam ad institutum , imponam huic orationi finem (3) .

(1) Syn. Chalced. Act. VIII. pagin. 499. Tom. II. Goncilior.

(2) Synod., Chalced. ibid.

(3) Confer S. Augustinum Ep. CCIX. al. CCLX. ad Caelestinum n. 2. sqq. pag. 592. Tom. II. Opp. Ed. Antuerp. ann. 1770. ubi de Episcopis Afris ab Apostolica Sede judicante punitis disserit, et S. Gregor. lib. IX. Ep. X. ad Martinianum pag. 50. Ed. Op. Venetae an. 1771. Tom. VIII.

De resignationibus, quã erret graviter Anonymus, Thomassinium appellans testem, qui tamen Thomassinius ei magnopere adversatur.

VIII. Illa videro, quae mox adjungis de Resignationibus Episcoporum. Cum autem Thomassinio teste utare, non tam eris inconstans, ut ei nunc fidendum non arbitrere. Jam is cum redargutus a censore fuisset, quasi nihil *resignationis in favorem* factum dixisset, habita Sedis Apostolicae ratione, respondit Ad *observ.* in II. Partem not. 11. „ Assentior equidem tibi vehemen-„ ter, et eo seculo, et prioribus in istiusmodi causis adi-„ tam saepe, imploratamque esse Apostolicae Sedis „ auctoritatem. Quin et exempla hujus rei et in pri-„ ma, et in secunda, et in tertia hujus operis parte „ ACCUMULARE studui, cum de CESSIONE, „ de translatione Episcoporum, aut de successorum, „ atque coadjutorum adoptatione disserui. Quod „ autem in hac Udalrici successoris, aut coadjutoris „ adrogatione excidit mihi, ut dicerem, ne cogita-„ tum quidem esse de consulenda Sede Apostolica, „ incogitantia, aut licentia verbi errasse me, non dissi-„ mulabo. Itaque voces illas stili mucrone jam confo-„ di, jam jugulavi „. Et paulo post not. 12. „ Respon-„ sum est simillimae argumentationi. Ubi jus ab in-„ feriori ad superiorem devolvitur, verbi gratia a „ Capitulo ad Episcopum, ab Episcopo ad Metro-„ politanum, a Metropolitano ad Primatem, non „ accipit ab inferiori, non usurpat in inferiore supe-„ rior, non facit injuriam inferiori superior, non „ repetere potest a superiore inferior ... Ratio porro

„ ista potiundae potestatis alicujus jure devolutionis, „ oppido magnificentissima est; solemne est enim jura omnia ad superiores ab inferioribus devolvi; „ ET OMNIUM PRORSUS SPIRITUALIUM „ POTESTATUM JURA AD SUMMUM PONTIFICEM DEVOLVI POSSE, QUIA SUMMUS OMNIUM VERTEX EST. Ne flocci „ ergo facias jus devolutionis, quo splendidius „ aliud vix fingi potest. Si autem haec jura à Conciliis Provincialibus ad Romanum Pontificem devolvuntur, quia summus omnium vertex est; PERPERAM ERGO INDE INFERTUR, QUOD „ EA EX SESE NON HABEAT, QUOD EA „ USURPET, QUOD CONTRARIO USU POSSIT „ AMITTERE ... Quin ex adverso ita argumentare: „ si cessantibus toto orbe terrarum Conciliis provincialibus ... tota ad summum Pontificem devoluta „ est auctoritas, tamquam ad summum verticem Episcopalis Collegii; ergo hujusmodi instruxit suae „ Ecclesiae caput, ejusmodi sibi vicarium suffecit „ Christus, in quo tota semper plenitudo potestatis „ resideat, et si non totam semper exerceat, etsi „ eam plerumque non exerceat, nisi ubi cessantibus administris immediatis, vel Metropolitanis „ vel Synodis, eam ipsamet ex recepto usu, et vigore disciplinae exercere cogit primae sedis dignitas etc. „. Hactenus Thomassinus. Et hunc tamen

appellas tuorum dictorum testem, a quo plane fuisse ipsa disjecta cernis? Fac autem nulla proferri possint ex primis quinque Ecclesiae seculis petita *resignationum* exempla; an idcirco reprobanda est recens eo in genere disciplina Synodi Tridentinae auctoritate firmata? Quid? An Oecumenicam hanc Synodum minoris habendam arbitrabere, quam sit habenda Chalcedonensis, aut Ephesina? Id ego tibi etsi venisse aliquando in mentem non abnuam; negabo tamen te fuisse dicturum; cum si orthodoxus haberi,ut simulas,velis,fateare necesse sit, non minus fuisse legitime congregatam Tridentinam in Spiritu S. quam fuerit Chalcedonensis. Quod si hujus decretis standum fuit,quemadmodum fuit revera, quid est,quòd standum Tridentinae inficiere (1)? Quin etiam multo est congruentius, ut ad caput confugiant *resignantes*, quod caput divino est constitutum jure, quam ad Metropolitica Concilia, quae humano. „ Hoc „ enim optimum, *inquit Synodus Sardicensis*, et valde „ congruentissimum esse videbitur, si ad caput, id- „ est ad Petri Apostoli Sedem de singulis quibusque „ provinciis domini referant Sacerdotes (2) „. Atque una haec omnium orthodoxorum jam inde a primis Eccle-

(1) Vide Cleri Gallicani testimonia, quae de Trideutina Synodo collegit,atque in Prologum ad III.Tom. ad Ep. Febron. p. 84 sqq. transtulit Mamachius, ad quem Anonymus interdum provocat.

(2) Epist.ad Julium I. Papam T. I. Concilior. p.633.Edit.Paris. an.1714.

Ecclesiae seculis vox fuit, ut ex Scriptoribus (1), ac Synodis, Hispanicis, (2) Africanis, (3) Gallicis, (4) Germanicis (5) etc. plane constat.

IX. Vidimus de *resignationibus*, deque mira tua in Thomassino teste appellando fide. Quid nunc *De juramento fidelitatis, quo se Epis-*

P

(1) Vide Epist. II. S. Leonis Magni ad Rusticum Narbonensem pagin. 12. Parte II. Oper. Edit. Rom. an. 1755. (utque cetera monumenta praeteream) Epistolam S. Martini Papae I. ad Amandum Episcopum Trajectensem *Act. Concil. Later. sub Martino I. Post Actionem, seu Secretarium*. V. pag. 945. sq. Tom. III. Concilior. Edit. Paris. an. 1714.

(2) Confer Epist. Synod. Episcop. Hispaniae Tarracon. ad S. Hilarum Papam Tom. II. Concilor. pag. 787., qua ex Epistola intelliges, quam acriter in eos Sancti Patres inveherentur, qui Sedis Apostolicae statuta despicere, ut hic Anonymus despicit, solerent.

(3) Codex Canon. Eccl. Afric. cap. LXV. ex Concil. Afric. plenario an. 401. T. I. Concilor. p. 899. Edit. Paris. an. 1714. et cap. LXVIII. ex eod. Concil. ibid. pag. 902. quo maxime ad Pontificem scribendum statuitur. Synod. Carthaginen. an. 416. Epist. Synodica ad Innocen. I. Tom. I. Epistolar. Rom. Pont. Edit. Paris. an. 1721. n. I. pag. 869. Syn. Milevit. an. 416. ad eumdem n. I. pag. 873. Tom. eod. confer etiam Epist. Possessoris Afri ad Hormisdam Papam Tom. II. Concil. Edit. Paris. an. 1714. et Epist. Synodorum Africanarum trium ad Sanctum Theodorum, lectam an. 649. Action. II. Synod. Lateran. Tom. III. Concil. pag. 734. qua in Epist. „ sancitum jam esse, ajunt PP. „ ut quidquid, quamvis, vel in longinquo positis ageretur provinciis, „ non prius tractandum, vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almae Sedis (Apostolicae) fuisset deductum, „ ut hujus auctoritate, justa quae „ fuisset pronunciatio firmaretur, inde que sumerent ceterae Ecclesiae „ velut de Natali suo fonte praedicationis exordium etc. „

(4) V. S. Caesar. Arelat. Ep. ad Symmachum Papam T. II. Concil. p. 956. et Ep. Joh. Papae II. ad Synod. Episc. Galliae T. eod. pag. 1153. Et Ep. VI. ad Caesar. Arelat. ibid. pag. 1155. sq. et Cleri Gallicani acta apud Mamach. T. I. Epistolar. ad Febron. p. 170. et 364. sqq.

(5) Bonif. Mogunt. Episc. Epist. ad Zachariam Pap. an. 741. Tom. III. Concil. pag. 1877. sqq. cap. in primis IV. pag. 1873.

copi obligant Apostolicae Sedi, quodque Anonymus temere aversatur.

querare, consideremus. Ferre autem, ais, te graviter Archiepiscopos, et Episcopos quosdam esse, qui non audeant exercere potestatem, quam *immediate* a Domino acceperint, nisi ante *Sacramento fidelitatis*, se devinxerint Romanae Sedi, et argento pararint sibi insigne, quod pallium vocant, quodque olim, ut *ceremonialis habitus ab Imperatore datum erat*. Verum si minus te sollicitat constans majorum, arcta fidelis cum Cathedra Petri conjunctio; quid est, quod *fidelitatis* istud *Sacramentum* conturbet? At novum est. Os hominis! Is nova se odisse finget, cui nihil magis est curae quam novitas? Sed age tu vetustatis tenax, an novum tibi videtur Archiepiscopos, non fuisse rite ante functos munere, quam confirmationis suae argumenta ab Sede Apostolica obtinuissent? Atqui quam id sit vetus, supra docuimus, auctoritate freti SS. Patrum, qui de Ecclesia Romana matrice, radice, centro unitatis egerunt; Pontificumque Max., qui de Nectario Constantinop. Episcopo, deque aliis loquuti sunt, quorum nutasset Episcopatus, ni ab Sede Apostolica firmitatem accepissent etc. (1). Juramentum porro *fidelitatis* quid indicat, nisi cum centro catholicae unitatis firmam stabilemque conjunctionem? Est vero ea cosuetudo Episcoporum

(1) Confer hujus Epist. n. I. p.152. sq. Vide praeterea Epist. xxi. Innoc. I. ad Maximian. Episcop. T. I. Epistolar. Romanor. Ppontif. pag.848. Ed. Paris. an.1721. et Epist. xxiiI. ad Bonifacium Presbyter. ibid. p.849.

obligandi sese Apostolicae Sedi jurisjurandi religione sane vetus. Ac formula quidem juris ejusdem jurandi *Libro Diurno Romanorum Pontificum* (1) continetur, qui cum septimo, vel summum octavo seculo perfectus fuerit, tum monumenta continet seculis iisdem antiquiora. Bonifacius ecce Moguntinus, VIII. Seculo, Sacramento religionis sese obstrinxit Apostolicae Sedi; nec fuit ullus, qui aut recens id esse, aut injurium Principibus quereretur. Quod si majorum nulla conquestio haud leve est argumentum aliarum consuetudinum vetustatis; cur non item hujus quam tu adeo fidenter novam esse mentire (2). Verum sit ea recentior: quid? An reprobandum putas esse, quod ad firmandam majorem in modum Catholicae Ecclesiae consociationem, atque unitatem confert? Ecquid, rogo te, fingi poterit ab homine orthodoxo alienius, quam id aversari, quod arctius vinciat sanctam fidelium Christi societatem (3)?

De Pallio agitur Archiepiscopali, quod Anonymus in invidiam revocat, instructa calumnia.

X. Pallium quid significet, accipe a Gregorio Magno. Huic te assensurum, non dubito. Nosti enim quam longe a violandis juribus sacrorum Praesulum

(1) Vide opus inscriptum *Del Dritto libero della Chiesa* Tom. III. P. I. pag. 49. sqq.

(2) Confer ejus Indiculum T. III. Concilor. Edit. an. 1714. pag. 1857. sq. et Ep. ad Zachariam Papam ibid. pag. 1877. sq. et Epist. ad Gutbertum Episcopum Cantii ibid. pag. 1915. et 1946.

(3) Confer *La Remontrance* Cler. Gallicani habitam an. 1651. die 23. Februarii coram Rege.

abesset. Nam eam ob rem ipsius auctoritate non parum saepe abutere. Is lib. II. Ep. XXII. ad universos Illyrici Episcopos (1) de Johanne electo cunctis suffragiis Episcopo *Iustinianae primae* loquens: „ Juxta postulationis vestrae desiderium, *inquit*, praedictum „ Fratrem, et Coepiscopum nostrum in eo, in quo „ est, Sacerdotis ordine constitutus, NOSTRI ASSENSUS AUCTORITATE FIRMAMUS, ratamque nos ejus consecrationem habere, DIRIGENTES PALLIUM INDICAMUS „. Jam ne cernis, pallium esse Archiepiscopatus ab Apostolica Sede firmati indicium? Est enim demonstratum supra, firmari, roborarique eam dignitatem Metropolitis praesertim, consuesse a Pontificibus Maximis indiciis quibusdam jam usque a primis nominis Christiani temporibus, ita ut si ea indicia defuissent, eadem ipsorum dignitas nutare existimaretur. Quid autem interest, si aut *formatarum litterarum*, aut *missione pallii* ejus dignitatis indicetur firmatio? Cave porro, novitatis arguas pallii mittendi morem. Nam est is mos seculo VI. vetustior. Seculo enim fere extremo sexto Gregorius claruit (2), quo jam tempore mos idem invaluerat (3), id quod fieri pauculorum anno-

(1) Pag. 117. Ed. Venetae an. 1770. T. VII. Confer etiam Johan. VIII. Epis. XXXV. an. circiter 874. scriptam ad Arelatensem Archiepisc. Tom. VI. Concilor. pag. 31.

(2) Scripta haec ab Gregorio Epistola fuit an. 591.

(3) Confer Epistolam Johann. III. ad Edaldum Viennensem Archiepiscopum non multo post medium se-

rum intervallo non potuit. Sed quid ego tuas istas in pallium animadversiones persequor, quas videam egregie a Paschali II. (1) ante haec fere octo secula fuisse refutatas, atque obtritas? Verum dicito, quidquid tibi in mentem venerit; mihi certum est, instituta Pontificum vehementer sequi, quae et ipsa per sese firma sunt, et vetustate, consensione, decretis Synodorum etiam Oecumenicarum (2) constabilita, ac latissime propagata. Tu interea, qui jus tibi arrogas rereprobandorum, quae Synodi Oecumenicae decrerint; etiam atque etiam prospice, ne ab coetu Catholicorum sibilis explodare.

De pecunia quod adjungis, plenum calumniae est. Consuli abs te vellem Romanam Synodum a S. Gre-

culum VI. data Tom. III. Concilior. pag. 542. Edit. Paris. ann. 1714. et Greg. Ep. XXIII. lib. ejusd. p. 118. quo loco *Pallium se Johanni* Archiep. EX MORE *transmisisse* scribit.

(1) Epist. V. et VI. Tom. VI. Concilior. p 1768. sq. Ed. Paris. an. 1714.

(2) Synod. Lateranen. IV. an. 1215. Can. V. Tom. VII. Concilor. Ed. ejusd. pag. 23.: „ Antiqua Patriarchalium „ Sedium privilegia renovantes, sancimus, ut post Romanam Ecclesiam, quae disponente Domino „ super omnes alias ordinariae potestatis obtinet principatum, utpote mater universorum fidelium, et „ magistra; Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Herosolymitana quartum locum obtineant, servata cuilibet propria dignitate, ita „ quod postquam eorum Antistites „ a Romano Pontifice acceperint Pallium, quod est plenitudinis officii „ pontificalis insigne, praestito sibi „ fidelitatis, et obedientiae juramento, licenter et ipsi suis suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se professionem canonicam, „ et pro Romana Ecclesia sponsionem ab iisdem „.

gorio I. habitam (1). Fucum te lectoribus tuis fecisse si non ultro, at ingratiis certe fatebere. Quod si progressione temporum erogatum quidpiam ab iis est, quibus id insigne datum a Pontificibus esset; erogatum quidem est piorum usuum causa, idque jure, ut multis possem ostendere, ni brevitas hujusce opusculi esset impedimento.

De Pallio, quod datum ab Imperatoribus fuisse, scribis, non laboro. Id dicam unum: Hac de re magna eruditorum virorum contentione certari. Confer Ruinartium *Dissert. de Pallio Archiepiscopali*, quae edita est T.2. ejus operum Posthumorum (2), Gangium *in Glossar. ad verbum: Pallium Graecis ὠμοφόριον*; quo loco longe discrepantem ab ea, pro qua tu pugnas, *pallii* conferendi originem proponit, haud secus quam proponant Cardinales Baronius ad ann. 432. num. XCIII., et Thomasius Tom. VII. Opp. Edit. Rom. pag. 132. sqq. Mitto ceteros, ne sim in re non necessaria longior. Interea teneo, te, qui rem dubiam uti certam assumis tibi, scriptoque committere non verere; et errare, et lectores tuos in errorem impellere conari. Quid autem consequi te posse putas, si concessero: ab Imperatoribus olim tribui pallium Sacrorum praesidibus consuesse? An Imperatori jus in sacra, non Pontifici, qui caput

(1) Pag 497. Tom. III. Concilior. Edit. Paris. an. 1714.

(2) Pag. 401. sq. Ed. Paris. an. 1724.

est a Christo Ecclesiae constitutus, concedi oportere concludes? Cujusmodi ista erit tam a Doctrina orthodoxa abhorrens conclusio? Quod si Imperatoribus dare Metropolitis pallia licuit, cur non multo magis, Pontificibus liceat? Quamquam si dem, *pallia* fuisse ab Imperatoribus distributa, nihil esse consequens videam, quod obstet, quin a Pontificibus item distribuerentur. Non enim eorum distribuendorum eadem apud Imperatores, atque apud Pontifices fuisset ratio (1). Age vero gratis ne ea pallia conferri solita fuisse ab Imperatoribus defendes? Non equidem arbitror. Nosti enim, quam sint in aulis Principum magna pretia titulorum, et ornamentorum. Sed tua haec animi institutio est, ut quae in aliis facile pateris, eadem in Pontificibus calumnia insectere, ut in hos odium concites rudium Catholicorum.

De reservatis sibi a Pontificibus maximis aliquot casibus, deque dispenſationibus, et appellationibus.

IX. Ad jura Episcoporum, quasi violata ab Sede Apostolica fuerint, descendis. Mones, post plura secula *reservatas* a Pontificibus sibi quasdam absolutiones, dispensationes, decisiones, appellationes, distributionesque beneficiorum. Hujusmodi reservationes a Conciliis, Episcopisque singularibus nullas fuisse declaratas vociferare; hujusque accusationis tuæ confirmandae causa, testes citas Fleurium, Mar-

P 4

(1) Vide Galliciolii *Isagogen in* Tom. IX. Opp. S. Gregor. Edit. Venetae ann. 1772.
Liturgiam S. Gregor. Cap. XI. p. 252.

cam, Thomassinum, Natalem Alexandrum, quos ais probos Catholicos, Doctosque fuisse.

De reservatione Absolutionum consule Gregorii Magni Epistolam VII. Lib.III. (1). Intelliges quidem certe, Johannem Larissensem Metropolitam, si quid contra quam praescriptum fuisset ab Sede Apostolica, tentare fuisset ausus, privandum fuisse communione Sacrorum; neve eam fuisse ipsum recuperaturum, *excepto ultimo vitae suae tempore, nisi concessa Romani Pontificis jussione etc.* Jam qui fuerit Gregorius, quo tempore floruerit, quam longe a juribus Episcoporum violandis abfuerit, et tute fatere, et est a nobis paullo ante animadversum.

Alterum est, quod graviter patere, *de dispensationibus*. At cum in exemplis plurimum habeat auctoritatis antiquitas, hæc si adduxero, ni sis pervicax, non diffido, ea esse te sedatiore animo laturum. Esto primum Melchiadis. Gessit is Pontificatum non multo post initium quarti seculi. Hujus est decretum *de Episcopis, qui quibuscumque locis, si duo essent ordinati, quos dissensio geminasset, is confirmaretur, qui fuisset ordinatus prior; alteri autem eorum plebs alia regenda provideretur*. Quid? hoc dispensationis exemplum, Augustinus usquam ne dixit,

(1) Pag. 168. T. VII. opp. Edit. Venetae. Confer etiam S. Leonis Magni XII. ad Anastasium Thessalonicensem cap. I. et ult. pagin. 49. sq. et 55. sqq.

aut temere fuisse datum, aut arroganter? Nusquam certe. Immo cum idipsum commemorasset, jus agnoscens Pontificis, miratusque studium pacis, prudentiam, aequitatem, exclamavit: *o virum optimum, o filium christianae pacis, et Patrem christianae plebis* (1). Siricio inde, iis, qui ignorantes ad sacram militiam indebite irrepsissent, an. 385. concedenti, ut in ordine, quem tenerent, perseverare liceret, quotus, quisque majorum fuit, qui resistendum arbitraretur (2)? Quid? Annon id jus disponendi Afri in Anastasio Pontifice initio quinti seculi agnoverunt (3)? Mitto Innocentium I. (Epist. II. ad Victricium n. 16. pag. 756. et Epist. III. ad Synod. Tolet. cap. 12. n. 7. pag. 768.) Zosimum (Epist. IX. ad Hesichium Salonitanum n. 2. pag. 669.) Caelestinum (vid. Epistolam Synodicam Concilii Ephesini ad Caelestin. n. 4. p. 1174. Tom. eod. I. Epistolar. Rom. Pontific. Edit. Paris. an. 1721. Coustantium in *Notit. Epistolar. Caelestini* §. XVIII. num. 23. Tom. eod. pag. 1225. Xystum (Epist. VII. ad Perigenem Corinthium n. 1. pag. 1262.) Leonem (4). Non es autem

(1) S. August. Ep. LIII. ad Glorium, et Eleusium etc. num. XVI. pagin. 72. Tom. II. oper. Edit. Antuerp. ann. 1700.

(2) Epist. I. ad Himer. Tarracon. num. 19. Tom. I. Epistolar. Rom. Pontif. Edit. Paris. an. 1721.

(3) Cod. Canonum Eccles. Afric. cap. LXVIII. pag. 902. Tom. I. Concilior. Edit. Paris. an. 1714.

(4) Epist. I. ad Episcop. Afric. Provinc. Mauritan. Caesar. cap. I. p. 5. Edit. Rom. an. 1755.

nescius, quam is Pontifex diligens adsertor, et vindex fuerit juris Episcoporum. Neque in eo jure adserendo segnior fuit Gelasius. Et is tamen an. 494. Litteras ad Episcopos Lucaniae dedit (1), quae sic habebant: „ Necessaria rerum dispensatione constringimur, „ ET APOSTOLICAE SEDIS MODERAMINE „ CONVENIMUR, sic canonum paternorum de„ creta librare, et retro Præsulum, Decessorum„ que nostrorum pracepta metiri, ut quae praesen„ tium necessitas temporum restaurandis Ecclesiis „ RELAXANDA deposcit, adhibita consideratione „ diligenti, quantum fieri potest, TEMPEREMUS, „ quo nec in totum formam veterum videamur excede„ re regularum, et reparandis militiae Clericalis offi„ ciis ... salutare subsidium redimendarum *non* de„ sit animarum etc. „. Horum sunt similia, quæ S. Symmachus Papa ann.504. complexus est Actis Synodi Romanae VI. (2) cui Episcopi e diversis etiam Orientis Provinciis centum ac duo subscripsere ita, nullus ut umquam fuerit Catholicorum, qui arrogasse quidpiam sibi Pontificem quereretur, quod ad jus sacrorum Antistitum pertineret.

Appellationum exempla Sanctis Patribus Cypriano, Athanasio, Basilio etc. probata, et descripta ab Socrate, a Sozomeno, ab Theodorito etc. sexcenta pos-

(1) Epist. v. cap. I. pagin. 898. T. II. Concil. Edit. Paris. an. 1714.

(2) Pagin. 989. Tom. II. Conciliorum. Edit. ejusd.

sem congerere, sed nolo esse nimius. Id unum monebo, te, qui ipsa nescias, tacere prorsus debuisse, non ista effutientem nauseare. Consuli porro abs te volo S. Leonem Magnum Epist. 1. quae est ad Mauritaniae Casariensis Episcopos cap. 11. pag. 7. et epist.12. ad Anastasium Tessalonicensem cap. v. pag. 27. ubi: „ Ut auctoritatem nostram, *inquit*, „ vice nostra exercere te volumus, ita nobis quae „ illic componi non potuerint, vel qui vocem *ap-* „ *pellationis* emiserit, reservamus „. Et Epist.x. (1) cap. 11. pag. 39. quo loco: „ Nobiscum, *inquit*, „ vestra fraternitas recognoscat, Apostolicam Se- „ dem pro sui reverentia a vestrae etiam provinciae „ Sacerdotibus innumeris relationibus esse consul- „ tam, et per diversarum, QUEMADMODUM „ VETUS CONSUETUDO POSCEBAT, APPEL- „ LATIONES CAUSARUM, aut retractata, aut „ confirmata fuisse judicia „. Et Epist. xII. ad Anastasium Thessalonicensem pag. 30., et Epist. xx. ad Flavianum Constantinopolitanum p.92., et Epist. xL. ad Theodosium, Augustum pag.177. Conferri praeterea abs te cuperem Epistolam Valentiniani III. Augusti ad Theodosium (2), in qua sic habetur: „ Debe- „ mus...dignitatem propriae venerationis Beato Apo- „ stolo Petro intemeratam, et in nostris temporibus

(1) Ad Episcopos per Viennensem Provinciem constitutos.

(2) Tom. II. opp. S. Leon. p.201. Edit. ejusdem.

„ conservare; quatenus beatissimus Romanae Ci„ vitatis Episcopus, cui principatum Sacerdotii su„ per omnes antiquitas contulit, locum habeat, et „ facultatem de fide, et Sacerdotibus judicare .... „ Hujus enim rei gratia secundum solemnitatem „ Conciliorum, et Constantinopolitanus Episcopus „ EUM PER LIBELLOS APPELLAVIT, propter „ contentionem, quæ orta est de fide „. Jam vero cum a quinto usque seculo dici vetus ea ratio consuesset, qua etiam ab Orientis Episcopis ad Romanos Pontifices provocare integrum ex jure fuit; quo tu ore, nebulo, recentem hanc esse audes affirmare? Mitto de aliis appellationum exemplis, quae post edita fuerunt, dicere. Illud afferam ex Gregorii Magni Epistolis, cui tantum abs te jure tribui video auctoritatis. Is appellasse quidem ad se Hadrianum Thebarum Antistitem scribit; inquirendoque se comperisse, eum non solum ab Larissensi Archiepiscopo, verum etiam a Metropolita Justinianae primae fuisse injuste damnatum. Itaque prohiberi abs se Justinianensem diebus ipsis triginta communione Sacrorum jubet, Hadrianumque eximi ab Larissensis jurisdictione. (1) Satis dedi monumen-

(1) S. Greg. lib. III. Epistola VI. et VII. pag. 166. sqq. T. VII. Edit. Venetae an. 1770. Ante Gregorium Gelasius I. Epist. XI. ad Faustum Magistrum Tom. XI. Concilior. pagin. 885. „ Nobis, *inquit*, oppo„ nunt Canones, dum nesciunt quid „ loquantur, contra quos (canones)

torum. Multo plura reperies apud Christianum Lupum Tract. de Appellationib.

Negas quod est de decisionibus. Ecce tibi ex transverso vetustas, quae plane demonstret quae, quantaque sit tua antiquae rei christianae jejunitas. Decisionum genera non negabis, arbitror, esse duo. Horum est unum de re fidei, alterum de disciplina. Utrumque jure suo sibi Sedem Apostolicam vindicasse, et agnorunt Majores nostri, et prodi curarunt memoriae hominum sempiternae. Atque ad priorem quidem quod attinet, Gelasius Pontifex is, qui seculo V. suis Epistolis impetus compressit Acacianorum, in *Commonitorio ad Faustum Magistrum* (1) decidendi jus Romanae Sedi competere et Evangelii, et Canonum auctoritate confirmat: „ Quantum „ ad religionem pertinet, nonnisi Apostolicae Sedi „ juxta Canones, debetur summa judicii totius . . . „ Cogitent (Acaciani) Christi vocem non esse superfluam, quae confessioni Beati Petri Apostoli inferni portas numquam praevalituras asseruit. Quapropter non veremur, ne Apostolica sententia re-

„ ipsi venire se produnt, quod primae sedi sana, rectaque suadenti „ parere fugiunt. Ipsi sunt Canones, qui appellationes totius Ecclesiae ad hujus Sedis examen voluere deferri; ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt „. Haec ille seculo v. Latinorum nemine repugnante scripsit adversus Orientis Acacianos, qui deinceps resipuere, Sedisque Apostolicae jura confessi sunt.

(1) Epist. II. pag. 886. Tom. II. Concilior.

„ solvatur, quam et vox Christi, et Majorum tra- „ ditio, et canonum fulcit auctoritas, ut totam po- „ tius Ecclesiam semper ipsa dijudicet. Sed cogitent „ magis si quis in eis religionis est sensus, ne pravi- „ tatem suam nullatenus deponentes, apud Deum, „ hominesque, Sedis Apostolicae perpetua constitu- „ tione damnentur „. Quo autem illud spectat Sancti Irenæi de Ecclesia Romana, ad quam propter *potiorem principalitatem, necesse sit omnem convenire Ecclesiam* in re præsertim doctrinae; quo inquam spectat, nisi ut indicet, docenti, decidentique Ecclesiae Romanae Ecclesias ceteras assentiri omnino oportere (1)? Hinc nihil magis verebantur novatores jam inde a primis Ecclesiae seculis, quam contra se ab Ecclesia Romana decidi, quod exemplo constat Montanistarum, ut ex initio Libri contra Praxeam a Tertulliano editi intelligi plane potest. Ita fit, ut Patres tum ab se revinci novarum rerum cupidos posse arbitrarenrur, cum successionem ipsis objecissent Pontificum Romanorum. Qua de re non tam ero molestus tibi, ut petam rursum, Irenæum (2), Auctorem, qui secundo seculo floruit,

(1) Vide Massuetium Dissert. III. in lib. Irenaei art. III. n. 23. et sqq. et art. IV. num. 41. sqq. Tom. II. opp. Iren. pag. 104. sq. et pag. 114. sqq. Edit. Venetae an. 1734. et Michaelem Lequien. Panopl. contra schisma Graecor. Prolus. n. 1. sqq. pag. 3. sqq. Edit. Paris. an. 1718.

(2) Lib. III. contra Haereses c. III. num. 2. pag. 175. Tom. I. opp. Edit. Venetae an. 1734.

librorum contra Marcionem (1), Optatum Milevitanum (2), S. Augustinum (3), Vincentium Lirinensem (4) consulas. Fac tamen, rogo, eorum memineris. Verum quod coeperam. In Theodoti haeresiarchae doctrinam, inque ipsum Theodotum cum Victor Pontifex seculo II. tulisset sententiam, quotus quisque fuit Orthodoxorum, qui eum non egisse jure contenderet (5)? Artemonem porro initio tertii seculi fuisse damnatum a Zephyrino, catholicis quibusque assentientibus, annon ex Anonymi Scriptoris loco perspicitur, quem Eusebius transtulit in historiam (6)? Quae vero causa fuit, cur orthodoxi quidam Alexandrini, ut est apud Athanasium (7), Dionysii Episcopi sui (minus, ut putabant, recte de trinitatis Mysterio disserentis) nomen ad Romanum deferrent, ni certum majoribus nostris fuisset, juris esse Apostolicae Sedis de Ecclesiasticis controversiis statuendi? Sed quid multis te moror? Plena est exemplorum historia. Seculo IV., ut auctor est

(1) Lib. III. pag. 635. opp. Tertulliani Edit. Venetae an. 1744.

(2) Lib. II. Cap. II. sqq. pag. 30. sqq. Edit. Antuerp. an. 1702.

(3) Epist. LIII. al. CLXV. T. II. n. II. p. 91. Edit. Antuerp. an. 1700. et Ps. contra Donatum T. IX. p. 5.

(4) Commonit. cap. IX. p. 123. Ed. Rom. T. IV. Theolog. Thomasii 1769.

(5) Confer Coustantium Tom. I. Epistolar. Romanor. Pont. pag. 107. num. I. Edit. Paris. an. 1721.

(6) Lib. V. cap. XXVIII. Vide Coustantium ibid.

(7) Ep. de Dionysii sententia &c. num. 13. T. I. Parte I. oper. p. 198. sq. Edit. Patavinae an. 1777.

Sozomenus (1) „ cum (de divinitate Spiritus Sancti) „ quaestio agitaretur, et contendendi studio magis „ magisque in dies cresceret, Episcopus Urbis Ro- „ mae (Liberius) re comperta, scripsit ad Orien- „ tis Ecclesias, ut Trinitatem consubstantialem, et „ honore, gloriaque aequalem una cum occidenta- „ libus Episcopis confiterentur; quo facto, UTPO- „ TE REBUS SEMEL A ROMANORUM ECCLE- „ SIA JUDICATIS; *ως ἐπικεκριμένοις ἅπαξ παρὰ* „ *τῶν ῥωμαίων εκκλησίας* SINGULI TACUERUNT „ *ἡσυχίαν ἦγον ἕκαστοι* „. Tantum scilicet non apud orthodoxos solum, sed etiam apud pneumatomachos Romani Pontificis valuit auctoritas! Quid si Damasus Liberii Successor Apollinaris, hujusque disciPuli errore detecto, judicio instituto, utrumque haereseos condemnavit (2), Episcopis quibusque Occidentis, atque Orientis agnoscentibus auctoritatem, eique ultro obtemperantibus? Norant hi quidem, *spargere eos, qui cum Pontifice Maximo* non

(1) Lib. VI. Hist. cap. XXII. pagin. 221. sq. Edit. Taur. ann. 1747. Vide etiam ejusd. Libri cap. XI. pagin. 213. sq.

(2) Apud Therdoritum lib. V. Hist. Eccl. cap. X. Damasi Epistolam describit Coustantius Tom. I. Epistolar. Rom. Pont. pag. 571. sqq. Ejus Epist. n. 3. pag. 574. sic habetur: „ Quid depositionem Timothei a „ me denuo postulatis, qui et hic *κρίσει τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας* *judicio Sedis Apostolicae*, praesente etiam Petro Alexandrinae Sedis Antistite, depositus est una cum Magistro suo Apollinario?

non colligerent (1), ut est ab Hieronymo in Epist. ad Damasum animadversum; qui Doctor jus decidendi Petri Successori attributum confessus: *Decernite*, inquit Damasum alloquens, *et non timebo* tres hypostases dicere (2). Quo autem modo id negassent Praesides Sacrorum Catholici, quod ne rerum quidem novarum studiosi Nestoriani negare potuerunt? Eutherius Thyanensis, et Helladius Tharsensis Archiepiscopi e factione Nestorianorum, in litteris, quas ann. 433. ad Xystum III. Pontificem dedere, in hanc sententiam scripserunt:,, Suffecit vestra Apostolica Sedes ... ad mendacium convincendum, impietatemque comprimendam, et corrigenda quae necessarium fuit, muniendumque orbem terrarum ad gloriam Christi tam sub illo ter beato, et inter sanctos habendo Episcopo Damaso, quam sub pluribus aliis gloriosis, atque admirabilibus (3),,. Siricius in prava Joviniani dogmata an. 389. sententiam dixit, eorumque auctorem, propagatoresque *in perpetuum damnavit*, jussitque, *ut extra Ecclesiam remanerent* (4): Cui quidem Siricio, uti Doctori, atque Magistro (5)? S. Ambrosius, aliique

Q

(1) S. Hieron. Epistola inter Ep. Damasi X. n. 2 p. 546. T. 1. Epist. Rom Pontif.

(2) S. Hieron. ibid. n. 3. p 547.

(3) Epist. inter Xystinas IV. n. 2. pag. 1246. Tom. 1. Epist. Rom. Pont.

(4) Epist. VII. ad Diversos Episcopos n. 4. pag. 667. Tom. eod.

(5) Epist. inter Siricianas VIII. n. 8 pag. 673. Tom eod. S Hieronymus init. lib. advers. Vigilantium: Jovinianum *Ecclesiae Roma-*

Episcopi rescripsere: „ quos Sanctitas tua damna„ vit, scias apud nos quoque, SECUNDUM JU„ DICIUM TUUM, esse damnatos „. Qui initio seculi V. in Siricii locum successit, Anastasius Pontifex errores Origenis, jamdiu ab S. Pontiano primum, inde a S. Fabiano reprobatos, sed postmodum opera novitatis studiosorum latius disseminatos, auctoritate Apostolica censura notavit (1). Rescriptis Innocentii I. causam Catholiae Ecclesiae adversus Pelagianos fuisse finitam, S. Augustinus, ut supra a nobis est demonstratum, docet. Epistolam in Pelagii errata a Zosimo Papa ad omnes Episcopos missam, quae epistola *Tractoria* dicta fuit, *magna omnium Catholicorum laetitia* fuisse *ubique exceptam*, confirmant S. Augustinus, Marius Mercator, Prosper Lib. contra Collatorem (2), Possidius *in vita S. Augustini cap.*XVIII. (3). De Caelestino, ac Leone decidentibus, cum dictum supra fuerit, omittam disserere, ne actum agam. De Xysto III. qui post Caelestinum, et ante Leonem Pontificatum Ecclesiae Romanae gessit, agam brevibus. Is Epist.1. ad Cyrillum

nae auctoritate fuisse damnatum scribit; et initio lib. III. adv. Pelagium: Joviniani ejusdem dogmata *olim Romae fuisse condemnata* narrat. Confer S. Aug. lib.2. Retract. cap.XXII.

(1) Vide Monitum Coustantii in Epist. Anastasii secundam pag. 719. sqq. Tom. I. Epistol. Rom. Pont. Edit. ejusd.

(2) Cap. V. num. 15. Confer Coustantium ibid. notit. Epistolar. Zosimi § VII. sq. pag. 991. sqq.

(3) T. X. oper. Append. S. Augustini p.281. Edit. Antuerp. an. 1700.

Alexandrinum, eorum quæ ab se definita essent, meminit (1). Ταῦτα ὁρίζομεν, *haec definimus*. His vero adhaesisse Cyrillum, ceterosque Praesides Sacrorum, certum est. Quare monere Xystus merito Johannem Antiochenum resipiscentem potuit hisce verbis: „ Expertus es negotii praesentis eventu, quid sit „ sentire nobiscum. Beatus Petrus in Successori„ bus suis quod accepit, hoc tradidit. Quis ab ejus „ se velit separare doctrina etc. „? (2) De S. Hormisda (3), deque S. Gregorio Magno (4), sext. seculi; et de SS. Thedoro (5), Martino (6), et Agathone (7) VII. seculi Pontificibus, iisdemque con-

(1) Num. 5. sq pag. 1235. T. I. Epistolar. Rom. Pont. Edit. ejusd.

(2 Ep VI. n. 5. p. 1260 T. eod.

(3) Confer Epist. Possessoris Afri ad S. Hormisdam T. II. Concilior. pag. 1037. et Epist. XI. S. Hormisd. ad Possessorem ibid pag. 1038.

(4) Lib. VI. Epist. XV. et XVI. pagin. 362. sqq. Tom. VII. Edit. Venetae an. 1770.

(5) Epist. I ad Paulum Constantinopolitanum pag. 616. sqq. T. III. Concilior. Edit. Paris. an. 1714

(6) Epist. XIII. ad Eccles Thessalonicensem pag. 671. sqq. T. eod. III. Concilior. De auctoritate Apostolicae Sedis in decidendo, vide, quae scribit Stephan. Dorens. Episc. Romam a Sophronio Hierosolymitano ad Martinum I. missus. Action. II. Concil. Lateranen. pag. 714. T. III. Concilior. Sergius Insulae Cypri Antistes ibid. pag. 730. cujus haec verba sunt „ Tibi (Martine) et claves „ Caelorum Christus) commisit, at„ que ligare, et solvere κατ' ἐξουσίαν „ POTESTATIVE, quae in terra „ et caelis sunt, promulgavit. Tu „ profanarum Haeresum DEPOSI„ tor EXISTIS, tu Princeps, et „ Doctor orthodoxae, et immacu„ latae fidei &c „. Adi sis etiam Synodor. Numidiae, Byzacenae, et Mauritaniae Provinciarum Africae Epistolam ibid. pag. 375.

(7) Epist. ad Constantin. Pogonat. Augustum. Vide praeterea Synod. Oecum Constantinop. III. Act. IV. pag. 179. T. III. Concilior.

troversias de Religione decidentibus, non est, cur te diu detineam. Non enim ignoras fortasse, quam fuerit eorum in hoc genere celebrata agendi ratio a Catholicae Religionis cultoribus, non solum cum ipsi viverent, sed etiam Patrum, qui deinceps floruerunt, memoria. Ad seculum VIII. venio. Mitto quae a Gregorio II. aliisque Pontificibus, qui post ipsum, Romanae Ecclesiae clavum tenuerunt, constituta sunt. Patriarchae Constantinopolitani Nicephori testimonio utar. Is in Antirretico I. adversus Iconomachos (1): „ Sine seniore Roma, *inquit*, decretum, „ aut dogma nullum, quod in Ecclesia agitatum sit, „ quorumlibet canonum statutis, ac sacerdotali con- „ suetudine sancitum, nihil quidquam perfectae, „ aut absolutae auctoritatis habuit„. Addit: „ Quip- „ pe cum hoc (Pontifices Romani) nacti sint, ut „ sacerdotali ordini praeessent, quibus commissa est Apostolici chori dignitas„. Quod idem ante tria secula Nicephori decessor Macedonius testatus fuit, ut narrat Theodorus Lector in historia (2). Accedit Theodori studitae auctoritas, qui Nicephori Patriarchae certaminum pro sacris imaginibus consors fuit. Hujus extat ad Leonem Sacellarium Epistola, quae sic habet: (3)„ Adsit ex occidentali parte is (Pontifex

(1) Cap. XXV.

(2) Lib. II. n. 25. pag. 520. Edit. Taurin. an. 1748.

(3) Lib. II. Epistol. CXXIX. pagin. 462. T. V. opp. Sirmondi Edit. Venet. an. 1728. τὸ κράτος τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου.

„ Romanus) AD QUEM SPECTAT AUCTORI-
„ TAS OECUMENICAE SYNODI ; Sin autem
„ hoc non placet Imperatori ... ex utraque parte AD
„ (Pontificem) ROMANUM MITTATUR , AT-
„ QUE INDE ACCIPIATUR FIDEI INFALLIBI-
„ LE „ (1) . Theodori altera est Epistola ad Michaelem Augustum data , Sacrorum Antistitum , Archimandritarumque nomine , in qua est scriptum hoc modo : „ JUBEAT ... AB ANTIQUA ROMA ACCIPI DECLARATIONEM , QUEMADMODUM ANTEHAC , ET AB INITIO TRADITIONE PATRUM PRODITUM EST ... HAEC SUPREMA EST ECCLESIARUM DEI , CUJUS SEDEM PRIMUS PETRUS TENUIT , AD QUEM DOMINUS (DIXIT) , TU ES PETRUS etc. (2) . Abi nunc , ac si potis es , perge dicere , id juris decidendi de religionis rebus Pontificem non fuisse Christi beneficio consequutum , neve olim exercuisse , sed recens sibi per injuriam arrogasse .

Quid de Disciplina ? Isthuc veniebam . Plena est item historia exemplorum non modo consulentium, de-

(1) Πρὸς τὸν ῥώμης ἀποσταλτέον, κἀκεῖθεν δεχέσθω τὸ ἀσφαλὲς τῆς πίστεως.

(2) Ibid. Epist. xxxvi. pag. 414. κελευσάτω παρὰ τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης δέξασθαι τὴν διασάφησιν, ὡς ἄνωθεν, τε καὶ ἐξ ἀρχῆς πατροπαραδότως ἐξεδόθη. Αὐτὴ γὰρ ἡ κορυφαιοτάτη τῶν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν ἧς πέτρος πρωτόθρονος, πρὸς ὃν ὁ κύριος, σὺ εἶ πέτρος κ. τ. λ.

cidique petentium Episcoporum, sed Pontificum etiam decidentium. Meminit Epistolae Clementis I. ad Corinthios Eusebius (1), qua quidem Epistola praeceptiones contineri, Dionysius Corinthius Praesul seculo secundo Ecclesiae ad Romanos scripsit (2). Atque ejus, quam Clemens dederat, similem fuisse illam, quam ad eamdem Ecclesiam Corinthiorum Soter misit, cognosci poterit ex Dionysii ipsius verbis, qui fore pollicetur, ut illam quotannis perpetuo in sacra Synaxi ab Corinthiis legatur (3). Quanti Ecclesiae Romanae in decernendo auctoritatem sec. III. Cyprianus penderet, Epistolae tum Cleri Romani ad ipsum (4), cum ipsius ad Pontifices Cornelium (5), et Stephanum (6) demonstrant. Testata praeterea sunt, quae de Melchiade complexus Coustantius est *tom. 1. Epistolar. Rom. Pontif. num. 6. seqq.* Seculo quidem IV. qui Melchiadi successere Pontifices Julius (7), Liberius (8),

(1) Lib. IV. Hist. cap. XXII. et XXIII. et lib. V. cap. II.

(2) Apud Eusebium lib. IV. c. XXIII.

(3) Ibid.

(4) Vide Epist. inter Cyprianicas XXX. al. XXXI. pag. 58. Edit. Oxon. an. 1682. et XXXVI. al. XXX. pag 75.

(5) Epist. XLVIII. al. XLV. p 91. et LI. al. XLVIII. p. 95. et LIX. al. LV pag. 132. sqq.

(6) Ep. LVIII. al. LXVII. p. 176. sq. Vide Coustantium Tom. I. Epistolar. Rom. Pont. pag. 223. n. 4.

(7) Vide Socratem lib. II. cap. XV. et XVII Sozom. lib. III. c. VIII. et X. Hanc consuetudinem veterem ab Apostolis Julium repetere animadvertit Lequien. Panopl. contra Schisma Graecorum pag. 31.

(8) Confer. Sozomen. lib. VI. Hist. cap. XI. et Epist. Legator. Synodi Lampsacenae ad Liber. XV. Tom. I. Epistolar. Roman. Pont. pag. 454. et 458.

Damasus (1), Siricius, et sec. V. Anastasius, Innocentius, Zosimus, Bonifacius, Caelestinus, Xystus, Leo,

Q 4

(1) Epist. v. ad Paulin. Antioch. n. 2. pag. 509. Tom. I. Epistolar. Rom. Pont. Confer etiam Coustantium Tom. I. Epistolar. Rom. Pont. pag. 595. num. 12. sqq. Siricii Ep. I. ad Himerium Tarraconensem tota fere de disciplina est. Tom. 1. Epist. Rom. Pont. pag. 624. sqq. et n. 20. pag. 637. quo loco haec scribit is Pontifex: „ Ad singulas causas, de „ quibus Romanam Ecclesiam, „ utpote ad caput tui corporis re„ tulisti, sufficientia, quantum opi„ nor, responsa reddidimus. Nunc „ fraternitatis tuae animum ad te„ nenda decretalia constituta magis „ ac magis incitamus, ut haec, quae „ ad tua rescripsimus consilia in „ omnium coepiscoporum nostro„ rum perferri facias notionem etc. „ Et quamquam statuta Sedis Apo„ stolicae, vel Canonum venerabi„ lia definita nulli Sacerdoti Do„ mini ignorare sit liberum, utilius „ tamen, et pro antiquitate tui Sa„ cerdotii dilectioni tuae esse pote„ rit admodum gloriosum, si ea „ quae ad te speciali nomine gene„ raliter scripta sunt, per unanimi„ tatis tuae sollicitudinem in uni„ versorum fratrum nostrorum no„ titiam perferantur, quatenus, et „ quae a nobis non inconsulte, sed „ provide ... sunt salubriter consti„ tuta, intemerata permaneant „. Confer. Ep. Siricii ejusd. ad Episcop. Africae n. I. sqq. pag. 651. sqq. Tom. ejusd. Epist. VI. ad diversos Episcopos pag. 659 seqq. et Epist. X. ad Gallos Episcopos pag. 686. seqq et Anastasii 1. Epist. II. ad Johan. Hierosol. ibid. pag. 723. seqq. Notæ sunt de disciplina Constitutiones Innocent. 1. vide Tom. eumd. pag. 746. seqq. Zosimi pag. 935. seq. Bonifacii pag. 1020. seq. Cælestini pag. 1063. seqq. Xysti pag. 1262. sqq. Leonis Tomo ejus operum II. pag. 3. sqq. Hilari decreta legito Tom. II. Concilior. pag. 788. Edit. Paris. an. 1714. Crimini porro dabatur Episcopis, qui statutis sedis Apostolicae resistere auderent. Extat in Epistola Ascanii Episcopi Tarraconensis ad Hilarum ea de re adversus Silvanum Calagurritanum Antistitem insignis locus. Est vero hujusmodi: ibid. pag. 787„ „ Hic jam ante septem, aut octo „ amplius annos, postponens Pa„ trum regulas, et vestra instituta „ despiciens, nullis petentibus popu„ lis, Episcopum ordinavit. etc„.. „ Proinde quia his praesumptioni„ bus ... velociter debet occurri, „ quaerimus Sedem vestram, ut quid „ super hac parte observare velitis,

Hilarus, Simplicius ab Hispanis, Gallis, Afris, Illyriis, Graecis etc. consulti, responsa dederunt, quibus (declaratis, decisisq; quaestionibus, quae ipsis propositae fuerant) consulenti cuique cumulate satisfecerunt ita, ut hi, qui auctoritatem Sedis Apostolicae, ut par est, agnoscebant, ac fatebantur, ab decisionibus ejusmodi ne latum quidem digitum sibi esse recedendum judicarent. Neque vero segnius jus idem suum persequuti fuere Pontifices Felix III. (1) Gelasius (2); et sec. VI. Symmachus (3), ad quem Caesarius Arelatensis litteras dedit, quibus majorem in modum rogavit, ut de re Ecclesiae, disciplinaque pro sua auctoritate decerneret (4),

„ apostolicis affatibus instruamur?.... „ Erit profecto vester triumphus, „ si Apostolatus vestri temporibus, „ quod S. Petri cathedra obtinet, „ catholica audiat Ecclesia, si no- „ vella zizaniorum semina fuerint „ extirpata. „ Simplicii Epistolas XI. ad Johannem Ravennatem, et VII. ad Florentium etc. Episcopos. Vid. Tom. II. Concilior. pag. 803. sqq.

(1) Epistola IX ad universos Episcopos Tom. II. Concilior. pag. 832. sqq. et pag 834. sqq.

(2) Confer hujus Epistolam IX. ad Episcopos Lucaniae ibid. pag 898. et Decreta pag. 927. et pag. 938.

(3) Synod. Rom VI. ibid. p 989 sq.

(4) Caesarii litterae sic habent: ibid. p 956 „ Sicut a persona B Petri Apostoli Episcopatus sumit ini- „ tium, ita necesse est, ut disci- „ plinis competentibus Sanctitas ve- „ stra singulis Ecclesiis, QUID OB- „ SERVARE DEBEANT EVIDEN- „ TER OSTENDAT. In Gallia si- „ quidem Provincia ab aliquibus per- „ sonis Ecclesiastica praedia diversis „ titulis alienantur. Ita fit, ut pro „ suo quisque arbitrio devota mente „ relinquentium, et egentium neces- „ sitatibus deputatas imminuat fa- „ cultates. HOC POSTULAMUS, „ UT FIERI PROHIBEAT APO- „ STOLICAE SEDIS AUCTO- „ RITAS, etc. Haec omnia ultio- „ ne districtionis vestrae fieri pro- „ hibete, quatenus et in Ecclesia „ vestra, et in supradicta Provin- „ cia disciplina bonis artibus amica „ servetur. „

Hormisdas (1), Bonifacius (2), ad quem insignis fuit a Stephano Larissensi scripta Epistola (3), quae planissime ostendit, quam sit constans, quam vetus, quam late propagata de Sedis Apostolicae in religionis, disciplinaque rebus decidendis sententia. Sed desino. Non enim est opus, ut cetera exempla persequar. Nam quae hactenus protuli, satis demonstrant, quam tu falso affirmes, *ausos fuisse* Romanos Pontifices, ante haec paucula secula jus decidendi sibi assumere, eaque ratione in jura invasisse Episcoporum.

Ad Natalem Alexandrum, Thomassinium, Fleurium Marcam Anonymus de Beneficiis, et Reservationibus agens provocat. Labitur. Nam hi aperte ipsi, palamque repugnant.

XII. Restat locus de *beneficiis*, quem sic attingis, ut nesciam, quid magis mirer, stuporem ne animi potius, atque imperitiam; an confidentiam, audaciamque tuam. Quum enim ita rem efferas, ut *beneficiorum* eamdem fuisse olim, atque nunc est, formam, ac rationem statuere videare, antiquitatis

(1) Epist. III. ad Johan. Tarraconen. Episcop. Tom. eod. Goncilior. pag. 1018. ubi „ Probasti, *inquit*, „ quo christianam fidem veneraris „ affectu, dum ea, quae ad regulas Patrum pertinent, et ad „ mandata catholica, sine aliqua cu„ pis transgressione servare, spe„ rans, ut prorogatis generalibus ad „ Hispanienses Provincias constitu„ tis, quae aut negligentius, aut „ irreligiosius fiunt, ecclesiasticis di„ sciplinis CONGRUENTIA SAN„ CIAMUS, quod amplexi sumus „ captata hujus desiderii facultate „. Confer etiam ejusdem Epist. IV. ad universos Episcopos Hispaniae pag. 1019. etc.

(2) Synod. Rom. an. 531. Sess. 2. pag. 1118. sqq. Tom. II. Conc.

(3) Hanc consulat Anonymus volo. Extat in actis Synodi Romanae an. 531. Tom. II. Concilior. pag. 1111. sqq., ut etiam Litteras Episcoporum Elpidii, Stephani, et Timothei ibid. pag. 1117. sq.

Ecclesiasticae te insigniter rudem prodis: quum vero ea fuisse, maiorum memoria, ab Episcopis distributa semper, a Pontifice numquam, mentire, sic agis inique, ut vix te quisquam Apostolicae Sedi videatur fuisse iniquior. De praeformatione, atque initiis *beneficiorum* longum est dicere. De his Thomassinum ut consulas, per me licet. De Pontificibus, qui paroecias, dignitatesque aut confirmarint Presbyteris, et Diaconis, aut ab Episcopis ablatas restituerint, ipsique per sese contulerint, sic habeto. Innocentius I. ann. circiter 413. Episcopo Naissitano jussit, ut Presbyteros a Bonoso, antequam damnaretur, ordinatos, qui Ecclesias in Naissitana Dioecesi constitutas administrabant, reciperet (1). S. Caelestinus ann.430. *aperte Sedis Apostolicae auctoritatem sanxisse*, scribit, ut qui dejecti de dignitate Clerici fuerant, locis suis restituerentur (2). Leo Magnns ann. 454. Anatolium Constantinopolitanum Antistitem coegit, ut Aetium de archidiaconatu ejus Ecclesiae dejectum restitueret; in ejusque locum intrusum Andream, ejiceret (3). S. Gelasius I. extremo fere qninto seculo de redditibus Ecclesiarum

[1] Epist. XVI. Tom. I. Epistolar. Rom. Pontif. pag. 821. sq.

[2] Epist. XIV. ad Clerum, et Populum Constantinopolit. num. 7. pag. 1146. Tom. ejusd.

[3] Epist. LXXXVI. Cap. II. pag. 334. Edit. Edit. Rom. an. 1755. et Epist. Anatolii cap. II. ibid. pag. 395. et Epist. CVIII. Leon. cap. II. pagina 398.

universe constituit (1); in Episcopos, qui secus fecissent, decreta poena (2). Ante Gelasium Simplicius Papa an. circiter 475. Gaudentium Aufiniensem Episcopum, ob illicitas ordinationes, munere sacerdotali, et parte reddituum Ecclesiasticorum maxima mulctavit (3), eaque Clericos ministerio bene perfunctos auxit. Rursum Gelasius Episcopo Caelestino, ut Julianum Diaconum in Ecclesia B. Eleutherii honore Presbyterii augeret; et Episcopo Sabino, ut Quarto Diaconii decus Grumentinae urbis adderet, imperavit; et ad Respectum, ac Leoninum Episcopos scripsit, ut eorum, quae Falerionensis Antistes sibi e redditibus Ecclesiae sui Archidiaconi (Archidiacono contra fas dejecto) arrogarat, se facerent certiorem, quo statuere ipse posset, quod facto esse opus existimasset (4). De bonis Ecclesiarum in Galliis constitutarum quid Symmachus Pontifex anno fere 501. decreverit, cognosces ex ejus Epistola ad Caesarium Arelatensem (5). S. Gregorius Magnus an. 591. redditus Ecclesiae Minturnensis ad Ecclesiae Formiensis jus, potestatemque, ***praecepti sui auctoritate, transmigrare*** jussit (6). Idem Saonensi Ecclesiae Martinum Epi-

(1) Epist. V. ad Episcopos Lucaniae cap. XXVII. pag. 904. sq.

(2) Ibid. cap. XXVIII. pag. 905. et Epist. VI. ad Episcopos Siciliae pag. 905.

(3) Epist. III. ad Florentium Tom. II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. pag. 804.

(4) Ibid. pag 927. sqq.

(5) Epist. III. Ibid. pag. 957.

(6) Lib. 1. Epistol. VIII. Tom. VII. opp. pag 12. Edit. Venetae an-

scopum Tainatensem, *Cardinalem* instituit *Sacerdotem* auctoritate sua (1); ut etiam Squillacinae Antistitem Lisitanensem (2). Quin etiam Ecclesiæ Sanctae Mariae Campisonis in Attellana Dioecesi sitam *Dominicum Presbyterum, uti praeesset, deputavit*; edixitque Episcopo Attellano, ut *emolumenta ejusdem Ecclesiae* Dominico ipsi *faceret sine cunctatione praestari*; et *decimae fructus* indictionis, *qui jam percepti essent, praedicto viro faceret sine mora* restitui (3). Seculo VII. Martinus I. Pontifex Johanni Episcopo Philadelphiae in mandatis dedit, ut Ecclesiis, quae in Patriarchatibus Antiocheno, et Hierosolymitano sitae essent, Presbyteros orthodoxos, Diaconosque daret Sedis Apostolicae nomine; idque se *praecipere* dixit ex *Apostolica auctoritate, quae data est* Potificibus Maximis per *Petrum Sanctissimum, et Principem Apostolorum*. (4) De sequentium temporum Pontificibus mitto dicere, ut qui eadem functi auctoritate, similia horum exempla ediderint; id quod ne tu quidem si agere bona fide velis, inficiabere.

At hae Pontificum *praetensiones*, inquis, ab Syn-

1770. Idem Archidiaconum Salonitanum ab Episcopo de gradu dejectum restituit. Ibid. Epist. XIX. pagina 23. et Epist. XVIII. Lib. II. pag. 112. sq.

(1) Lib. I. Epist. LXXIX. p. 92. et Epist. LXXX. pag. 93. sqq.

(2) Lib. II. Epist. XXXVII. pag. 134. et Epist. XLV. pag. 142. et Epist. L. pag. 150.

(3) Lib. II. Epist. XIII. pagina 109.

(4) Tom. III. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. pag. 639.

odis, *Episcopisque particularibus* declaratae fuerunt nullae. Principio, ea ego Concilia, eosque Episcopos mihi abs te indicari cuperem. At non indicas. Deinde fac istiusmodiConcilia,Episcopique tale quidpiam agere non dubitarint. Quid? Tune *Episcopos particulares*, *particularesque* Synodos praeferes auctoritati Sedis Apostolicae, quam et vox Christi, ut vidimus, confirmat, et Majorum, quae a Christo ipso per Apostolos ad nos usque manavit, traditio (1)? Tertio, detur hoc tibi, fuisse aliquot Episcopos, qui (quod tute objectas) sint ausi; an inde conficies, ductos fuisse Pontifices inani opinione, idque sibi, quo non gauderent, privilegium arrogasse? Fuerunt ecce Episcopi, synodique *particulares*, quae Victori Papae seculo II. (2), seculo III. Stephano (3) seculo IV. Julio I. (4) sec. V. Caelestino (5), ac Synodo Ephe-

(1) Gelas. Epist. XI. ad Faustum Magistrum Tom. II. Concilior. pag. 886. Confer Lequienium Panopl. contra Schisma Graecor. Prolus. 2. 19. pag. 15. Edit. Paris. an. 1718.

(2) Vide Coustantium Tom. I. Epistolar. Rom. Pontif. in *Victore* n. 2. sqq. pag. 9. sqq. Edit. Paris. an. 1721.

(3) Confer Vincentium Lirinen. Commonitor. cap. 9.

(4) Confer Julii Epistol. apud. Athanasium Apolog. contra Arian. num. XXI. sqq. Tom. I. opp. pag. III. Edit. Patav. an. 1777. Theodoritum Lib. XI. Cap. II. Hist. Eccles. Socratem Lib. 2. cap. XV. Sozom. Lib. III. cap. VIII. Lequien. Panopl. contra Schisma Graecor. pag. 31. sqq.

(5) Vide S.Caelestini Epist. XXII. ad Nestor. n. XI. pag. 1150. Tom. I. Epistolar. Rom. Pont. Edit. Paris. 1712. quae Epistola lecta fuit in Synodo Oecumenica Ephesina Action. I. Tanti autem eamdem Epistolam, decisionemque Pontificis Synodus eadem fecit; ut Action.

sinae ; Leoni (6) , et Synodo Chalcedonensi sec. VI. Vigilio sec. VII. S. Martino , sec. VIII. Hadriano , Synodoque oecumenicae septimae (7) se se opposuerunt ; quaeque ab iis dicta , praedicata , decreta fuissent , perinde ac si nulla essent , neglexerunt . Quid ? an idcirco jure suo non egisse Pontifices, Oecumenicasque Synodos , nihilque propterea profecisse concludes ? Nae tu si ratione ista concludendae argumentorum sententiae uti perges , eo demum abripiere , ut nulla prorsus vel Pontificum , vel Synodorum decisionem fuisse pugnes , quae aut reprobanda velut inanis non sit ; aut saltem in incertis , at dubiis numeranda .

1. Tom. 1. Concilior. pagina 1412. scripserit. in *sententia depositionis Nestorii* : „ coacti per sacros canones , et EpISTOLAM SANCTISSIMI PATRIS NOSTRI ET COMMINISTRI CAELESTINI κ̀ ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ ἁγιωτάτου Πατρὸς ἡμῶν , κ̀ συλλειτουργῦ κελεστίνου . . . ad lugubrem hanc contra Nestorium sententiam venimus etc. „ .

(1 Restitisse Epistolae S. Leonis ad Flavianum Synodum Ephesinam , cui praefuit Dioscorus Alexandrinus , testata res est . At auctoritatem Pontificis agnorunt non solum Episcopi Gallicani vid. Tom. II. opp. S. Leonis p. 27. sqq. Edit. Rom. an. 1755. et Episcopi Synodi Mediolan. ibid. pag. 279. verum etiam Synodus ipsa oecumenica Chalcedonens. Epist. Synodic. ibid. pag. 284. sqq. et Action. 1. Tom. II. Concilior. pag. 306. ubi , lecta Leonis Epistola , Patres consensione summa clamarunt : Πέτρος διὰ Λεόντος ταῦτα ἐξεῖ *Petrus per Leonem haec* loquutus est .

(2 Vigilio restitere Afri aliquot , Istri aeque Episcopi ; S. Martino Orientales aliqui ; demum Hadriano , et Synodo Ocumenicae VII. Episcopi Synodi Aquisgran. Vide Hadrian. Epist. Tom. IV. Concilior. pag. 775.

At esse tibi praesidio, scribis, Natalem Alexandrum, Thomassinum, Marcam, Fleurium viros in primis catholicos.

Equidem non quid privati quidam scriptoresajant, moror, etjamsi catholici habeantur; sed quid scriptura, quid traditio ferat, id esse attendendum, dico. Non enim quod unus, aut alter, *sed quod omnes uno eodemque consensu aperte, frequenter, perseveranter tenuisse, scripsisse cognoverim, id mihi intelligo absque ulla dubitatione credendum* (1). Nam *particulares*, quos vocas, scriptores *ita lego*, ut non idcirco verum *putem, quia ipsi ita senserunt*; *sed quia mihi vel per auctores canonicos, vel probabili ratione, quod a vero non abhorreat, persuadere* potuerint. (2). Verumtamen qua tu fronte de reservationibus disputans, Natalem Alexandrum appellas tuæ opinionis testem? Is enim in Historia Ecclesiastica sec. XIV. et XV. cap. I. art. XX. te condemnat erroris tam aperte, nihil ut desiderari possit apertius (3). Habe tibi illius verba: „ Absit, ut summos Pontifices potestatem,
„ et auctoritatem non habere dicam, vel sentiam in
„ tota, qua late patet, Ecclesia statuendi, et præci-
„ piendi quae ad disciplinam pertinent sine populi

(1) Vincent. Lirinens. in Commonitor Cap. XV.

[2] S. Augustin. Epist. LXXXII. al. XIX. ad Hieronymum cap. I. n. 2. pag. 144. Tom. II. opp. Edit. Antuerp. an. 1770.

[3] Tom. IX. pag. 55. Edit. Ferrar. an. 1765.

„ christiani, aut particularium Ecclesiarum consen„ su „. Agit autem ibid. *de reservationib. absolut.* Cur autem sic exsecrans scribit : *absit* etc. ? Quia propositio negans Pontificem ea potestate pollere, ERRONEA EST : „ Haec PROPOSITIO, inquit, IN FIDE, ET MORIBUS EST ERRONEA, ET EST ERROR DAMNATUS VALDENSIUM, ut declaravit sacra Facultas Parisiensis in Decreto contra Lutherum ann. 1527. „. Idem de reservationibus beneficiorum loquens cap. VII. Artic. II. Scholio I. pag. 196. „ De Pontificiae potestatis plenitudi„ ne, *inquit*, idest summa potestate, quam Chri„ stus et Petro, et successoribus ejus summis Pon„ tificibus contulit, absit ut disputem. Hanc „ agnosco, credo, veneror, ab Ecclesiae initio „ eamdem fuisse praedico, quoad jura essentialia, „ et intsinseca primatus „. Satin' hoc clare ? Jam cernis, quae sit futura civium tuorum querela frontis tuae. Quid enim impudentius, quam dum Valdensibus assensus ea potestate Pontificem praeditum inficiare, Natalem Alexandrum tibi praeivisse jactitare, a quo Natali tuam doctrinam *erroneam* esse intelligas etc. ? At Natalis usum potestatis nonnihil interdum vitii continere putat. Hoc tibi non prodest, qui non de usu solum, sed de jure etiam potestateque statuas, contra atque ille crediderit, ac praedicarit. Quamquam liceatne privato, abusus con-

Digitized by Google

condemnare eum, qui excubans in specula consistat, omnia circumspiciat, potestateque utatur ita, ut e re christiana publica esse putet, considerare Natalis debuerat, quum induxisset animum ad scribendum. Profecto si considerasset, animadvertissetque non esse ovis de pastoris consilio judicare; non eo sese abripi sivisset, ut id in Pontificibus reprehenderet, quod in aliis probaret, laudaretque, quorum gratia in hoc certamen descenderat.

De Thomassino paucis. Is est perinde infestus tibi. Quare miror, tam fidenter agere te potuisse, ut ejus patrocinio gloriarere. Ei cum objectum ab Anonymo nescio quo fuisset (1), adversari ipsum Synodo Tridentinae Sess. XIV. cap. VII. *statuenti, potuisse Pontifices pro suprema sua potestate aliquos suo judicio graviores casus reservare*; respondit hoc modo: „ Se hoc ipso loco assensum esse ei supremae potestati, et *eam in rem protulisse Extravagantem* „ Pauli II. Parere tamen se docto, et benevolo mo„ nitori, pollicerique fore, ut cum primum typis „ committetur hic tomus, insuat locum concilii Tri„ dentini, quem laudasse, et citasse contentus, „ verba ipsa non adscripserat „. Rursum cum uni-

(1) Thomass. Respons. ad notas scriptoris Anonymi in Tom.I. et II. de nova, et antiqua Eccl. discipl. quae Responsio praefixa est Tom.I. operis ejusdem de Disciplina vetere, et nova Edit. Lugdun. an.1706.

Digitized by Google

verse de disciplinae veteris immutatione ita egisset, ut nonnihil potestati Pontificiae detraxisse videretur, idque ipsi crimini versum esset; uti sese accusanti purgaret: „ consulto, *inquit*, dixi, non in potesta-
„ te, sed in potestatis usu, atque exercitio varia-
„ tum esse, sive in confirmationibus, sive in ces-
„ sionibus, sive in dispensationibus etc. Prior enim
„ usus obtinuit, ut haec partim per Romanos Pon-
„ tifices, partim per concilia provincialia expedi-
„ rentur; posterior usus haec omnia ad solos Roma-
„ nos revocavit Pontifices. In usu, et exercitio va-
„ riatum est, non in potestate, quae et in comitiis
„ provincialibus pro suo modo, et in Romanis Pon-
„ tificibus pro eorum summo Principatu eadem
„ semper intacta, atque illibata viget: Erumpit au-
„ tem, et exercetur non eodem semper modo, sed
„ pro locorum, temporumque, et rerum opportu-
„ nitate, pro Ecclesiae sive utilitate, sive necessitate.
„ Non ergo quaestio umquam vertitur de potestate
„ primae Sedis, quae summa, et sui simillima sem-
„ per est; sed de variato ejus per tot aetatum etc.
„ varietates exercitio, atque usu. Haereticorum est
„ (*arrige aures*, *Anonyme*) haereticorum est anti-
„ quitatis qualicumque peritia, novos Ecclesiae usus,
„ moresque damnare „. Tenes, quid in te Thomassinus statuerit.

Ad Marcam (1), et Fleurium venio. Prome horum,

(1) Marcae cum in Secunda Praefatione num. VII. pag. XXXII. Edit. Venetae an 1770. tum in III. De concordia Sacerdotii, et Imperii Libro Cap. VIII num. v. pag. 80. de Sedis Apostolicae, Pontificisque Romani auctoritate satis est explicata Doctrina. ,, Ut nullam, (*inquit in ead Praef.*) ,, carpendae sententiae meae occasio- ,, nem relinquam, ajo: Graecos absque ,, ullo dissidio in id conspirasse cum ,, Latinis, ut Romanum Pontificem ,, Successorem Petri Apostoli, et ,, Christi Vicarium profiterentur, ei- ,, que in Petro PLENAM, ET SUM- ,, MAM ADMINISTRANDAE EC- ,, CLESIAE POTESTATEM A ,, CHRISTO COLLATAM ,, . Et ,, paulo post ,, . Vulgatum, et rece- ,, ptum ab omnibus Theologis axio- ,, ma esse, Monarchicum Ecclesiae ,, Statum administratione aristocrati- ,, ca temperari, ita tamen, ut Epi- ,, scopi omnes ROMANO PONTI- ,, FICI TAMQUAM CAPITI, JU- ,, RE DIVINO, SUBIICIAN- ,, TUR ETC. ,, Non sum nescius, minus ei probari, quod est in latine edito Decreto, habetque hoc modo: *quemadmodum etiam in Actis Oecumenicorum Conciliorum, et in Sacris Canonibus continetur*, quasi vero id versum male ex Graeco ab Episcopo Ariensi XVI. seculo fuerit. Vult enim graecum illud Decreti ejusdem *καθ' ὃν τρόπον καὶ ἐν τοῖς πρακτικοῖς τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων*, verti oportuisse *juxta modum, qui et in Actis Oecumenicarum Synodorum etc.* Sed nae is vehementer errat. Nam latine editum decretum non versum ab Ariensi e graeco, ut Marca oscitans hallucinatus est, sed iectum palam in Synodo fuit una cum graeco, ut ex Actis Synodi Florentinae liquet, demonstrantque exempla sex primigenia, quae nos vidimus, subscripta ab Eugenio Pontifice. Graecorum autem permulti, qui Synodo aderant, legique Decretum latine, audierant, multo peritiores erant latini sermonis, (absit verbo invidia) quam Marca fuerit; quare si quid contra atque ipsi sentirent, comprehensum latino ipso Decreto esset, illud ferendum non putassent. Jam vero non modo tulerunt, sed etiam probarunt. Marcae porro interpretatio latina a verbis Graecis *καθ' ὃν τρόπον καὶ* discrepat. Non enim haec *juxta modum, qui*, sonant. Nam τοῦ *qui* in iisdem ne vestigium quidem extat; sed *juxta quem modum*, seu *quemadmodum*; id quod *Marcae* si non sponte, at ingratiis tamen confitendum est. Sed haec alias. Nunc quaenam sint Marcae ipsius *definitiones*, quae funditus evertunt tuas, paucis accipe: ,, Papam jure divino esse universalis

si potis es, loca, in quibus de potestate, non de uno usu loquantur. Sed nulla profers. Quid? Ego ne tibi, quem tam saepe et falli, et fallere velle deprehenderim, eos te consectari ajenti, nec eorum verba afferenti credam; perstitisse autem ipsos in sententia Gallicanârum Ecclesiarum (1), non credam? Sed fac ab sententia eadem defecerint (falsum id quidem, at fingito esse verum) eos ne sequi catholico scriptori liceat, qui non modo erroris Valdensium a Sorbona, adeoque ab Ecclesia Gallicana arguantur; sed a communi etiam, veteri, constanti Orthodoxorum doctrina deflexerint, quam esse firmatam liquet oecumenicae Tridentinae Synodi auctoritate (2)?

„ Ecclesiae Caput, atque adeo Gallicanae, quae ipsius est membrum.„ Rursum: „ Papam solvere posse, & „ dispensare valide, et licite a Canonibus Conciliorum Generalium, „ etiam sine causa, dummodo haec „ dispensatio non tendat ad labefactandum Ecclesiae statum „. Postremo, ut ceteras pretermittam: „ Regibus non competere jus aliquod „ Episcopatum, vel Metropolim instituendi. Multo minus Patriarchatum „. Respons. *ad Notas Lucae Holstenii in Tom.* I. *de Concord. Sacerdot. et Imperii pag.* xxxix.

(1) De Ecclesia Gallicana vide, quae collegit Mamachius, transtulitque in Tom. III. Epistolarum ad Febronium pag. 94. 96. sq. et 111.

(2) Sess. xiv. cap. vii. „ Unde „ merito Pontifices Maximi, pro SU- „ PREMA POTESTATE SIBI in „ ECCLESIA UNIVERSA CRE- „ DITA, CAUSAS ALIQUAS „ CRIMINUM GRAVIORES „ SUO POTUERUNT PECU- „ LIARI JUDICIO reservare „. De constanti, vetere, communi omnium Catholicorum doctrina, quae ad auctoritatem Sedis Apostolicae pertinet, confer, quae supra ex Patribus, Synodisque descripsimus. Vide praeterea S. Agathonis Epist. ad Constantium, et Heraclium, et Tiberium Augustos, quae lecta, ac commendata fuit in Syn-

Verum id Catholicorum faciet nemo, mihi crede, nisi forte is, qui nomine Catholicus sit, re Valdensis, vel Lutheranus.

At usum saltem, qui recens sit, tollendum esse defendes. Quaero, a quo censeas esse tollendum? Ab Episcopis ne *particularibus*, quibus jus nullum, nullaque potestas insit in supremam Pontificis Maximi auctoritatem? Quid hoc fingi potest perversius? An a potestate laica? Sed huic (si Scripturis, Patribus, Dogmati catholico assentiare) ecquid juris compete re potest in spiritalem praesertim illam, quae cum *plena* sit (1), jure gaudet reservandi sibi, quod e re Ecclesiae fore prospexerit?

odo oecumenica VI. Action. XV. Tom. XII. Concilior. pag. 1123. et Act. II. Synodi oecumenicae VII. pag. 82. 94. et 102. Tom. IV. Concilior. Edit. an. 1714.

(1) Concil. Lugd. II. et Concil. Florent. Decret. Union. Graecor. Harum Synodorum doctrinam tueri Gallos, in iisque Marcam, demonstrat, adductis eorum testimoniis, Petrus Franciscus Xaverius „ par la providence Di„ vine, et l'autorité de la S. Siége „ Apostolique, Evêque, et Comte de „ S. Paul Trois Chateaux, Conseiller „ du Roi etc. Dans le Mandement „ pour la publication du jubilé 15. „ Aug. 1770. Notatione autem 5. scri„ bit hoc modo: L'assemblée Géné„ rale du Clergé de France de 1682. „ avertit, qu'il faut regarder toujours „ le Pape comme le chef de l'Egli„ se universelle, et le Vicaire de Je„ sus Christ en terre, dire toujours „ avec le Concile de Florence: Apo„ stolicam Sedem, et Romanum „ Pontificem in universum orbem „ tenere primatum etc. Proces-Ver„ bal de 1682. p. 312. et Sermon prê„ ché par Mons. Bossuet à l'Assem„ blée de 1682. Assembl. de 1700. dont „ l'Extrait est rapporte au Tom. 1. „ des Memoires du Clergé pag. 415. „ Censure de Courayer par les Cardi„ naux, Archevêques etc. en. 1727. „ Defens. Declarationis Cleri Galli„ cani Parte 1. Lib. 1. Cap. 1. Nec

Digitized by Google

At enim Pontifices olim statuebant auctoritate Sedis Apostolicae, disponebant, distribuebant (1), re ervabant etiam sibi; sed non universe, ut factum postmodum est. Nego enim vero (2). Sed fac, patiar. Quid tum? Scilicet, si jure statuebant, distribuebant etc., quod id e re Ecclesiarum esse intellexissent; cur non eodem jure reservare quaedam sibi universe potuerunt ita, ut salutare, opportunumve Ecclesiis prospexissent fore? Atque potuisse illos quidem, doctrina Synodi Triden-

„ minus certum est, unum esse jure „ Divino summum in Ecclesia Pontificem, cui omnes Christiani parere tenentur. Sacra Facultas Paris. In censura contra Lutherum 18. „ Januar. 542. et in censura an. 1617. „ Contra Marcum Antonium de Dominis. Status Papalis Institutus „ est a Christo supernaturaliter, et „ immediate, tamquam primatum „ habens Monarchicum, et Regalem in „ Ecc'esiastica Hierarchia, secundum „ quem statum unicum, et supremum Ecclesia militans dicitur una „ sub Christo; quem statum si quis „ impugnare, vel diminuere, vel „ alicui Ecclesiastico statui particulari coaequare praesumit (Arrige „ aures Anonyme) si pertinaciter „ faciat, haereticus est, schismaticus, „ impius, atque sacrilegus Cadit „ enim in haeresim toties expresse „ damnatam a principio nascentis „ Ecclesiae usque hodie tam per institutionem Christi de principatu „ Petri super alios Apostolos, quam „ per traditionem totius Ecclesiae „ in Sacris Eloquiis suis, et generalibus Conciliis. Gerson. de Statu Ecclesiae Considerat. 1. Tom. „ 2. Parte 4. „

(1) Vide Innoc. I. S. Leonis, et S. Gregorii loca, quae supra produximus.

(2) Nam potuisse, et vero rogatum fuisse Pontificem, *universe* statuere, evincunt plane S. Iohan. Chrysostomi Epist. iv. ad Innoc. I. n vii. pag. 786. T. I. Epistolar. Rom. Pont. Edit. an. 1721. S. Hieronymus Epist. ad Damas. Num. 2. *sqq. pag.* 5. 46. sq. *Tom.* ead. Zosimus Epist. Tractor. Ibid. pag. 993. sqq. Praetereo ceteros, quorum et multa sunt, et illustria testimonia; ea equidem allaturus, si volet Anonymus.

tinae non poscit modo, verum etiam flagitat, cui certe doctrinæ refragari velle, hominis est non catholici, sed cum hæreticis sentientis. At reservationes ejusmodi, inquies, abusu invectæ sunt, non usu Apostolicae auctoritatis. Rogo, quibus tu judicibus abusionum utare? Launoios arbitror, Dupinios, Boehemeros etiam fortasse commemorabis. Verumtamen quis istos judices statuit, aut quis potestatem his dedit reiiciedae communis, etsi non veteris disciplinae? Pontificum, Synodorumque Oecumenicarum, quibus praesideat Pontifex, non singularium scriptorum est expendere, quid usus communis, quidque abusus ferat, indeque quid statuto sit opus, judicare. Quamquam non negaverim, privatis, multoque etiam magis Rectoribus summis rerum publicarum proponere Ecclesiae licere, si quid ipsi abusione inlatum esse, nocereque suis ditionibus posse putent. Id si fecerint, non dubito, Ecclesiam quae pia mater, aequa, atque justa est, quaeque nihil patitur eorum, quae cuiquam inferre aliquid detrimenti queant, id quid quid erit aut abusionis, aut incommodi sublaturam (1). Verum decernendi de communi, eaque probata disciplina, Ponti-

(1) Cler. Gallic. Remontrance faite au Roi le 17. Juillet 1581. T. XII. Actor. Cler. Gallic. pag. 77. sq. differri Synodi Tridentinae publicationem queritur „ sous coleur de quel„ ques articles concernans la liberté „ de l' Eglise Gallicane, qui POU„ VANT ETRE GRACIEUSE„ MENT TEMPEREZ AVEC LA „ PERMISSION DE NOTRE S. „ PERE LE PAPE &c.

ficum, uti monui, Synodorumque auctoritatis est, ut doctrina postulat Ecclesiae orthodoxae. Id si recuses concedere, cave, ne schismaticis esse deterior videare. Nam hi non fuere ausi negare, aut revocare in controversiam, quod S. Gelasius P. M. Acacianis objecerat: „ (1) Quaero, *inquit ille*, ab his, judicium, „ quod praetendunt, ubinam possit agitari ? An „ apud ipsos, ut iidem sint inimici, testes, et ju„ dices ? Sed tali judicio nec humana debent commit„ ti negotia, nedum divinae legis integritas. Si „ quantum ad religionem pertinet, nonnisi Aposto„ licae Sedi juxta Canones debetur summa judicii to„ tius. Si quantum ad seculi potestatem, illa a Ponti„ ficibus, et praecipue a B. Petri vicario debet co„ gnoscere; quae divina sunt, non ipsa eadem judi„ care. Nec sibi hoc quisquam potentissimus seculi „ (qui tamen christianus est) vindicare praesumit. „ .... Ineptias suas sibi servent, nisi resipiscant, „ potius cogitantes, Christi vocem non esse super„ fluam, quae confessioni B. Petri Apostoli inferni „ portas numquam praevalituras asseruit etc. „.

De Sanctor. Canonizatione, quae miscet, confunditque Anonymus, plena demonstratur erroris, et mendaciorum.

XIII. Age nunc, exponito, de Canonizatione Sanctorum quid sentias. Antiquitus, inquis, Canonizationes agnoscebantur nullae praeter eas, quas testificabatur populus permissione Episcoporum. Sit ita plane.

(1) Epist. II. ad Faustum Magistrum pag. 886. Tom. II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714.

Quid? An Pontifici tu auctoritatem adimes canonizandi, contra atque Synodus Constantiensis (1) crediderit, qua tute patrona gloriare. Sin autem Pontifici eidem ejusmodi potestatem inesse putas, cur in isto opusculo, quod inscripsisti, *quid est Papa? Canonizationem* Sanctorum testificatione populorum, ac permissione Episcoporum initio fieri solitam fuisse animadvertis, quasi quidquam sibi successor Petri assumserit, quod ejus excedat potestatem?

Sed pergis, atque anno, inquis, *995.* per Johannem XV. relatus in numerum Sanctorum fuit S. Uldaricus in *numeroso Episcoporum conventu*. Quid hoc ad rem? Fuerit *numerosus* is Episcoporum conventus, ut scribis; at cujusnam auctoritate ad Sanctorum censum adscriptus Uldaricus fuit, nisi Pontificis *Apostolici moderaminis annisu*? Ac Johannes quidem: „ Si quis, *inquit*, interea (quod non credi-
„ mus) temerario ausu contra ea, quae hac nostra au-
„ ctoritate pie, ac firmiter per hoc privilegium con-
„ stituta sunt, contraire tentaverit; vel haec, quae a
„ nobis in laudem Dei, et pro reverentia jam dicti
„ Episcopi statuta sunt, refragari, aut in quoquam
„ transgredi; sciat se B. Petri Principis Apostolo-
„ rum, cujus vel immeriti vices agimus, anathematis

(1) Vide Synodum Constantiensem sess. xx. pag. 543. Tom. VIII. Concilior. Edit. Paris. an. 1714.

„ vinculo innodatum (1) „. Quam vero numerosam fuisse putas eam Congregationem Episcoporum, cui praeter Pontificem, non plus quinque Episcopi interfuerunt (2) ? Johannes autem *conventum factum fuisse in Palatio Lateranensi, ipso Pontifice praesidente, cum Episcopis, et Presbyteris* dicit; numerosum vero non item dicit. Sed tu, qui hoc tibi proposuisti, ut extollas Episcoporum, deprimas Pontificis potestatem, *numerosum conventum* sacrorum Antistitum comminiscere, eoque nomine persuadere tuis lectoribns conare, quod actum in eo conventu est, aeque aliis, ac Papae acceptum referri oportere. Quid autem est, nisi istud est decipere velle fraude ?

Addis: Canonizationem solemnem non ante XII. seculum fuisse inductam. Nam primum omnium, qui induxerit, fuisse Eugenium III. dum is in sanctorum catalogum retulit Henricum Imperatorem. Peto abs te, quem afferas testem narrationis istius tuæ? Mabillonium, inquis. At is, mi homo, multo antiquiores numerat solemnes *Canonizationes* in ea, quam tu indicas, in *seculum* V. *Ordinis S. Benedicti*, *Praefatione* (3). Nam ab Johanne XX. seu XIX. seculo XI.

(1) Johannes XV. Epist. ad omnes Archiepiscopos, Episcopos, et Abbates in Gallia, et Germania commorantes. Tom. VI. Concilior. Parte I. pag. 727. sq. Edit. Paris. an. 1714.

(2) Vide subscriptiones ibid. pagin. 728.

(3) Num. XCIX. pag. 445. Edit. Trident. an. 1724.

hoc est anno 1033. Adalhardum Abbatem ad Sanctorum numerum adscriptum; a Clemente vero II. B. Wiboradam; a Leone IX. B. Gerardum an. 1053. scribit. Atque annuisse quidem Episcopos, qui adfuere Synodo Lateranensi, et rem gestam laudasse, Mabillonius addit; sed Pontificem fuisse eum, qui in sanctis Gerardum ponendum praeceperit, decreveritque, ut ejus memoria IX. Kalen. Majas coleretur. Memorat post Mabillonius S. Petri Ananiensis a Paschali II. an. 1115. factam Canonizationem. Quod si adjungit in *Concilio generali examinari* tunc consuesse Sanctorum res gestas, *Concilii generalis* nomine non oecumenicam Synodum (quum nulla oecumenica habita Johannis XIX. Clementis II. et Paschalis II. temporibus fuerit), sed conventum intelligit frequentem quemlibet Episcoporum, Presbyterorum, et Diaconorum, cui praesideret Pontifex, cujusmodi is conventus fuit, quem Johannes XV. celebravit, referendi in Sanctos S. Uldarici causa.

Postremo animadvertis, reservatam demum fuisse Pontificibus Romanis auctoritatem canonizandorum Sanctorum ab Alexandro III. eamque reservationem fuisse ab Urbano VIII. confirmatam. Quod autem scriptum abs te hoc de genere argumenti est, id totum accepisse te mones a Mabillonio, et Benedicto XIV. P. M. Jam de *Reservatione*, quod narras, post videro. Nunc de fide, qua ad duos illos

tam illustres Scriptores provocas. Quamquam non est, cur multis te demorer. Itaque ex te quaero, integre ne agi putes ab eo, qui supprimat, quae ad auctoritatem Papae demonstrandam conferunt; aggeret vero solum, quae ipsam imminuere posse videantur? Si fide ab eo agi mala fateare, ut certe confitendum est tibi, te profecto condemnes necesse est malae fidei crimine. Nam tacitus praeteristi, quae a Mabillonio *num.* XCIV. *Praefationis* ejusdem adnotata sunt, quo loco disserit de Actis Martyrii S. Vigilii Episcopi Tridentini. „ Seculo V., *inquit Mabillonius*, vel „ certe non multo post, Acta Martyrum saltem ex „ Italia ad Romanum Pontificem *ex more* mitteban„ tur, ut vel AB EO AUCTORITATEM ACCI„ PERENT, vel ut in Romano Scrinio asserva„ rentur, vel denique, ut in sacris Romanae Ec„ clesiae Diptychis Martyres locum obtinerent „. Causa porro, cur ita Mabillonius censuerit, haec fuit. Legisse scribit in veteri codice se: *Gesta B̄m̄i Martyris*, UT MORIS ERAT, *Vrbis Romae Episcopo transmissa fuisse*, *ut sacris martyrum memorialibus inderentur etc.* Haec tu perinde praetermisisti, quae plane indicant, jam inde ab eo tempore *indi* rite *sacris memorialibus* Acta Martyrum nequivisse, nisi, *ut moris erat*, transmissa ad Pontificem, ab eoque sacris iisdem *Memorialibus* indita fuissent. Mitto Mabillonium. Ad Benedictum venio.

Hujus tu locum e capite vi. lib. I. omittendum putasti. Is vero locus sic habet: „ A remotioribus seculis, eos, qui cultum obtinent in tota Ecclesia „ universalem sanctorum albo esse adscriptos per „ eam speciem canonizationis, quae tunc adesse in„ telligebatur, cum cultus aliqua in dioecesi insti„ tutus ex ea in aliam dioecesim, et ita subinde in „ universam Ecclesiam protendebatur, qua quidem „ in re ecclesiastica SEMPER accedebat auctoritas, „ Episcoporum nimirum, et Romani Pontificis etc. „ Praetermitto cetera, quae tamen consuli volo (1). Sed monumenta fidei non bonae tuae si omnia persequi recensendo instituerem, vix facerem aliquando scribendi finem.

De Alexandro III. accipe, quae mea sit ratio. Fateor reservatam ab eo fuisse Pontifici Maximo potestatem referendi eos, qui heroica virtute claruissent in Sanctorum catalogum. Verum id reservationis genus jure fuisse, legitimeque factum comprobat Tridentinae Synodi auctoritas, cui certe catholicus quisque assentietur, non tibi. Ac si suprema, qua in universa Ecclesia gaudet, potestate, causas criminum graviores potuit Pontifex reservare sibi (2), ut ab eadem est Synodo declaratum; cur non hanc de *Canonizatione* Sancto-

(1) Bullar. Const. XLIII. §. 17. T. IV. de Canonizatione Sanctor. Cap. VI. Edit. Venetae an. 1778. et Lib. I. (2) Sess. XIV. cap. VII.

rum, quae cum ad virtutem celebrandam, et ad rem christianam publicam cunctam pertineat; tum est per sese gravissima (1). Eccui namque, quod est totius Ecclesiae, competat, nisi aut Concilio oecumenico, aut Pontifici Romano capiti omnium Christi Ecclesiarum? Quare Synodus Constantiensis id jus Concilio oecumenico, Pontificique adscribit (2); Episcopis autem singularium urbium non item adscribit. Jam vero adjuncta ei reservationi est ab Ecclesiis quibusque assensio, quae experiundo compererant, quam secum partem incommodorum non raro ferret rudis populi conspiratio, singulariumque quorumdam Episcoporum hoc item in genere conniventia, aut indiligentia, imperitiave rerum (3); intel-

(1) Vide ordinem pro canonisatione Sanctorum Tom. IX. Concilior. pag 1547. Edit. Paris. an. 1714. et Innocent. I. Epistolam II. ad Victricium Cap. III. num. 6. pag. 749. Tom. I. Epistolar. Rom. Pontif. Edit. Paris. an. 1721. et Epist. XXIX. ad Concilium Carthag. Cap. I. pag. 888. ubi hanc referendarum ad Judicium sedis Apostolicae graviorum causarum rationem *antiquae Traditionis exemplo servandam* scribit an. 417. Confer etiam S. Cyrilli Alexandrini Epistol. quae est VIII. inter epistolas Caelestini Cap. I. pag. 1088. quo loco sic de gravissimis in Ecclesia rebus ad Pontificem scribit: τὰ μακρὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἔθη πείθουσιν *veteres Ecclesiarum mores suadent*, ut hujusmodi res cum sanctitate tua communicentur. Opus autem esse ait, ut de his suam Pontifex ferat sententiam *num. 7. pagina* 1094.

(2) Sess. XX. pag. 543. Tom. VIII. Concilior. Edit. Paris. an. 1714.

(3) Sexcenta ejus generis incommoda numerare possem, sed brevitas operis est impedimento. Unum afferam e Mabillonio *de falso Martyre, cui altare a superioribus Episcopis in Gallia institutum habeba-*

lexerantque tuto se acturas, si ad caput, hoc est ad Petri successorem de causis tam gravibus referrent, easque ipsi permissas agnoscerent in potestatem. Quod autem omnium Ecclesiarum firmat consensio, qua tu confidentia pervertere audes, persuaderique abs te Episcopis Germaniae speras posse, ut id sibi assumant, quod sibi assumere, nisi conflato schismate, nequeant? Fac tamen id unus eorum aliquis audeat (quod non credo) quotum quemque aliarum totius orbis Catholici Ecclesiarum orthodoxum Antistitem fore arbitrare, qui honores deferat sanctorum ei, qui a Romano Pontifice, adeoque ab ceteris Capiti suo adhaerentibus Episcopis sanctorum numero non habeatur? Id porro si accidat (accidet autem, siquidem tibi ullus auscultet Episcoporum) quae inde, obsecro, te autore, quamque magna perturbatio orietur, atque confusio? Quamquam est plenum calumniae, quod tute de exclusis e *canonizatione* singularibus Episcopis criminare. Ad quos enim, rogo, nisi ad singulares Episcopos spectat *processus*, quos *ordinarios* vocant, condere? Sed cetera persequi longum est. Itaque extremum erit, ut Tho-

tur. Mabillon. l. c. n. xcvII. pagina 443. Episcopos autem, qui ad Apostolicam sedem confugerint ad Canonizationes postulandas, memorat ibid. num. xcIx. Mabillon. pagina 445. sqq. Quam tutum autem Episcopi ducerent ad Sedem Apostolicam ob res praecipue graves confugere; confer, quae ex Raterio refert Mabilion. Praefat. in secul. V. Ord. S. Benedicti numer. vIII. pagina 397.

massini memineris ajentis : *Haereticorum esse, antiquitatis qualicumque peritia, novos Ecclesiae usus, moresque damnare.*

Redit ad Ordines Regulares Anonymus. Cōfirmatos a Pontifice nollet; sed id ut confirmet, nihil adducit, quod aut ratione nixum sit, aut ad rem conferat, aut non sit plane mendax.

XIV. De confirmatione Ordinum Regularium quod scribis, ad rem non pertinet, estque plenum mendacii, ac plane simile superiorum tuarum criminationum. Monachos, ais, fuisse olim obnoxios auctoritati Episcoporum, idque demonstrari a Scriptore nescio quo novo capitibus ipsis septem. Demonstrarit etiam capitibus ipsis viginti, quid hoc ad causam ? Quaenam est enim istius disciplinae cum Ordinum regularium confirmatione connexio ? Sed fac sit aliqua (ut tecum tuus iste novus scriptor videtur velle, qui te, si vera nuncias, non est dialecticae facultatis peritior) fac, inquam, sit aliqua; quid tum ? An disciplinam de confirmandis Ordinibus, quae nunc obtinet, deque Regularium a Pontifice *dependentia* condemnandam, quasi injuria sit in Ecclesiam inducta, statues ? Qui tandem ? Thomassinus ecce, ut modo est demonstratum, tuam istam statuendi rationem propriam esse, ait, haereticorum, quem tamen Thomassinum tuarum opinionum patronum praedicas. Volo autem reminiscare veterum conquestionum adversus Episcopos de vexatis monasteriis aut abusu potestatis, aut avaritiae causa ? Hinc scilicet canon extitit XXIV. Concilii Chal-

Chalcedonensis (1) in eos, qui res Monasteriorum aut sibi arrogabant, aut laicis concedebant: et canon 11I. Concilii Ilerdensis (2) an. 524. et Episcoporum Gallorum Ravenii, Rustici, Nectarii, Flori, Constantii, Asclepii, Maximi etc. *Decretum in causa Insulae Lerinensis* ann. 525. (3) decretum item S.Bonifacii Episcopi Carthaginiensis anno eodem datum (4): praeceptio quoque Concilii Carthaginiensis sub Reparato Primate (5) an.534., utque reliqua monumenta praeteream, ne sim lectori prolixitate molestior, cap. x. Synodi Hispalensis an. *619.* (*6*): et canon LI. Concilii Toletani IV. an. *633.* (7)

Hujusmodi incommodorum vitandorum causa jam usque a v. seculo Primates Carthaginienses Monasteria quaedam subjecerunt sibi, eaque exemerunt ab Ordinariorum Antistitum jurisdictione (8). Cumque Liberatus Episcopus primae Sedis Byzacenae Monasterium in sua Dioecesi constitutum sibi submittere tentasset, S. Bonifacius Carthaginiensis Primas coacta Synodo questus fuit graviter, propterea quod Liberatus idem, *capta injustissimae querelae*

S

(1) Tom. II. Concilior. p. 612.
(2) Ibid. pag. 1065.
(3) Ibid. pag. 1090.
(4) Ibid. pag. 1085. sqq.
(5) Ibid. pag. 1178.
(6) Tom. III. Concilior. p.561.
(7) Ibid. pag. 1789.

(8) Vide Synod. Carthag. an. 525. qua in Synodo venerabilia Patrum constituta de eo jure Primatis Carthaginensis memorantur. Tom. II. Concilior. p.1077. edit. Paris. an.1714. Confer etiam Mabillonii Annales Benedictin. ad an. 525. num. XI. sqq.

Digitized by Google

occaſione, Privilegia Sanctae Carthaginienſis Eccleſiae ſubtrahere moliretur. Nec vero quisquam fuit eorum, qui aderant, Episcoporum, qui ei reſiſtendum putaret; immo omnes ore uno profeſſi fuere, *exhiberi* ab ſe illi, *quod antiquitas ejus praedeceſſoribus detuliſſet* (1). Quod ſi vitio datum Liberato fuit, quod Carthaginienſis Episcopi (qui Primas Africae, non Divino, ſed ſolum Eccleſiaſtico jure erat) privilegiis detrahere auſus eſſet; quisnam tu es, qui in privilegia Pontificis Maximi invehi non vereare, quem conſtat, eſſe Divino jure Primatem, Caput, Paſtorem totius Eccleſiae conſtitutum? Quin etiam, ſi Patriarchis Orientis Monaſteria haud pauca Episcoporum Ordinariorum juriſdictioni ſubducendi jus fuit, eaque in ſuam redigendi poteſtatem (2), tuendae eorum libertatis cauſa; quanto magis hoc idem ad jus pertinebit ſucceſſoris Petri, qui non modo Patriarcha totius occidentis eſt, verum etiam Caput, et Gubernator omnium Chriſti Eccleſiarum? Atque hoc quidem nomine Adrumetinum Monaſte-

(1) Tom. 11. Concilior. p. 1084. Edit. Paris. an. 1714. Confer etiam Concilium ſub Reparato Carthaginienſi habitum an. 534. Tom. eod. pag. 1177. ubi edicitur, ut quae temporibus S. Bonifacii in univerſali Concilio acta ſunt, inconvulſa permanerent. Mabillon. ibid. n. XIX.

(2) Conſulatur Goarius in notis ad Euchalog. titul. περὶ σταυροπηγίου *de defixione Crucis* pag. 489. ſq. Edit. Venetae an. 1730. et Cangius ad v. σταυροπήγιον *Gloſſar. Med. et infimae Graecitatis*. Mabillon. ibid. ad an. 653. n. XXIII.

rium in Africa ea gaudebat jam inde a quinto seculo libertate, ut non ab Episcopo dioecesano, sed a Transmarinis Partibus presbyteros etc. haberet (1). *Transmarinarum* autem *partium* vocabulis Romam ab Afris indicari consuesse, testata res est; cum *transmarina judicia* non alia illi appellarent, quam judicia Apostolicae Sedis (2). Quid? Si Gallicani Episcopi, ante Synodum illam Bonifacii Carthaginiensem, a Romano Pontifice petebant, ut privilegia, quibus Monasteria sua gauderent, auctoritate Pontificia confirmaret? S. Caesarius Arelatensis tale quidpiam ab Hormisda impetravit, ut ex ejus testamento, exque Hormisdae ipsius litteris (3) plane liquet. Neque vero S. Caesarius modo; verum etiam B. Gregorius Lingonensium Antistes pro Divionensi Monasterio Sancti Benigni (4). Norat autem antiquitas, quanto sit potior, atque major auctoritate Episcoporum

(1) Adeundus Cardinalis Norisius lib. I. Hist. Pelag. cap. XXIII. p. 75. Edit. Patav. an. 1709. Confer etiam Acta Synodi Carthag. sub Bonifacio pag. 1087. Tom. XI. Concilior.

(2) Id vero intelligitur ex Epist. Episcopor. Africae ad Caelestinum Papam n. 3. pag. 161. Tom. I. Epistolar. Roman. Pontif. Edit. Paris. an. 1721. et ex Canone XXVIII. Cod. Eccles. Afric. Tom. I. Concilior. pagin. 878. Edit. Paris. an. 1714. Scio dubitare Thomassinum; sed nulla fuit ratio, cur dubitaret. Ad quam enim transmarinam se se conferre Adrumetini poterant, quae potior esset Carthagine, nisi ad Romanam?

(3) Extant apud Bolland. Tom. I. Actor. Sanctor. mensis Januar. p. 736. Edit. Antuerp.

(4) Vide Chronogr. ejus Monasterii apud Acherium Tom. I. Spicileg. pag. 358. Edit. Paris. in 4.

in rebus Ecclesiae, atque adeo in privilegiis ejusmodi concedendis, firmandisque anctoritas successoris B. Petri. Quare S. Caesarius, qui tanta et doctrina, et rerum Ecclesiasticarum peritia valuit, quantam tu in te, symmystisque tuis ne somniare quidem potes, S. Caesarius, inquam, firma ut essent, quae Monasterio ab se instituto concessa fuerant, cupiens: „ Quod Episcopi agitur verbo, *inquit*, non solum „ auferri non debet, verum nec omnino potest, „ TUM PRAECIPUE, QUIA ET HOC IPSA „ SANCTISSIMI PAPAE URBICANI SUASIT „ AUCTORITAS „. Nihilo secius cum Episcoporum vi quandoque Monachorum quies perturbaretur, eaque re fieret, ut hi ab exercitatione monastica, studioque rerum divinarum avocarentur; id aegre ferens S. Gregorius Magnus (is, quem tibi recusare testem non licet, cum ad eum tibi ipsi putaris esse provocandum) sic insigni illo decreto suo, quod extat Epist. XLI. lib. I. sanxit: (1) „ Ex auctoritate B. Petri „ Apostolorum Principis prohibemus, cujus vice huic „ Rom. Ecclesiae praesidemus, ut nullus Episcoporum, aut Secularium ultra praesumat de redditibus, „ rebus, vel chartis Monasteriorum, vel de cellis, vel „ villis, quae ad ea pertinent, quocumque modo oc-

(1) Pag. 138. sq. Edit. Venetae an. 1770. Tom. VII. Est ea Epistola scripta ad Castorium Episcopum Ariminensem.

„ casiones movere , vel dolos , vel immissiones aliquas facere ... Nec audeat ibi cathedram collocare, „ vel quamlibet potestatem habere imperandi , nec „ aliquam ordinationem, quamvis levissimam faciendi , nisi ab Abbate Loci fuerit rogatus , quatenus „ Monachi semper maneant in Abbatum suorum potestate „ : Edixitque : „ Hanc scriptorum suorum paginam omni in futuro tempore ab omnibus „ Episcopis firmam,illibatamque servari „. Age nunc tu , qui nihil te attulisse clamitas , quod non sis a Patribus mutuatus (1), Patrum aliquem , si potis es , indicato , qui hoc Sancti Pontificis Decretum aut reprehenderit , aut non omnino probandum existimarit. Qui autem possis , cum nullus fuerit ? Missa facio cetera, de argumento eodem, Gregorii Magni loca , ne sim in re non necessaria longior. Plus etiam aliquanto a jurisdictione Episcoporum exemit Monasteria quaedam Johannes IV. idque fecit rogatu Chlodovei junioris , ut est ex diplomatibus , quae ad an. 641. num.XI. Mabillonius describit , perspicuum (2).

(1) Anonymus id quidem jactat, ut in fraudem incautos illiciat ; verum neque Patres legit , neque testimonium eorum ullum ex novis scriptoribus protulit , quod non aut perverterit , aut detruncarit , ut hactenus a nobis est demonstratum.

(2) Confer Mabill. ibid. et in Append. ad Tom. I. eorumdem Annal. n. XVII. pag. 633. sqq. Edit. Lucen. et n.XVIII.pag.635. sqq., ubi : „ Nec „ enim nova, *inquit Johannes* , po„ stulantium , vel indulgentium est „ auctoritas privilegii largiendi , dum

Auxit rem majorem in modum Adeodatus an. circiter 670. velut ex ejus litteris patet, quas dedit ad universos Episcopos Galliarum (1). Is cum animadvertisset, id non solum non displicere Episcopis, ut tute mentire; sed etiam summa eorum voluntate fuisse expetitum; *Beati Petri Apostolorum Principis fultus auctoritate*, Monachos Coenobii S. Martini Turonensis *liberam habere* statuit potestatem, nihilque in eo ipso coenobio Episcopo Dioecesano reliquit juris, praeterquam conferendorum ordinum, et chrismatis conficiendi, inflicta iis gravi cumprimis poena, qui contra quidquam facere non dubitassent (2). Hujus simile privilegium S. Agatho Papa Monasterio Medamstedae in Britannia concessit, praecepitque, ne Episcopus loci, *auderet intra dictae Abbatiae territorium, aut ordinationem, aut consecrationem, aut quid aliud exsequi, nisi ab ipso Abbate exoratus esset, nec Episcopales aliquas animad-*

„ profecto cuncti retro Apostolicae „ Sedis Praesules non solum sub di„ tione nostra constitutis, sed etiam „ in ceteris longe regionibus postu„ lata semper indulgenda sanxerunt, „ praesertim in Regno Francorum, „ dum profecto cuncti usque ad fi„ nes terrae, et oceani terminum „ sub Petri Apostolorum Principis „ ditione consistunt, et oportet „ omnes omnino medullitus obedi„ re, quae per B. Petri auctorita„ tem Apostolica Sedes postulata di„ gnoscitur indulgere „.

(1) Tom. III. Concilor. pag. 1007. sqq. Edit. Paris. an. 1714. Vide Petrum de Marca lib. III. de Concord. Sacerd. et Imperii cap. XI. num. 4. pag. 100. Edit. Venet. an. 1770. et Mabillon. Annal. Benedictinor. T. I. ad an. 674. n. XLVI. pag. 482. sq.

(2) Adeodatus ibid.

versiones, aut Synodum, aut quid aliud illic habere (1). Hos deinceps Pontifices sunt imitati Sergius (2), Constantinus (3), Zaccharias (4), Hadrianus Primus (5), Leo III. (6), qui petente Jesse Ambianensi Episcopo, Monasterium Centulense exemit ex Episcopi jurisdictione, uniquè Pontifici Romano subjecit; quique confirmavit *libertatem*, atque *immunitatem* Monasteriis Stabulensi, et Malmundariensi, quam eis Vitalianus Papa ante annos fere quinquaginta concesserat (7). Sed omnium Pontificum diplomata, quibus (Episcoporum singulari voluntate) confirmata Monasteriis, aut primum data libertas fuit, commemorare non vacat. Multa autem sunt, et jus Apostolicae Sedis plane demonstrant, contra atque tute vociferare.

At Ecclesia, inquis, conquesta est graviter, novos in dies Regularium ordines institui, qui infeliciter a Papa existentiam habent, etsi eum Ecclesia eadem non auxerit potestate, nisi diminuendi Monachorum, Ordinumve numeri causa.

(1) Epist. S. Agathonis ad Aetelredum Regem Merciorum etc. T. III. Concilor. pag. 1135.

(2) Vide Mabillon. ibid. ad an. 675. num. XLIX.

(3) Tom. III. Concilor. p. 1828. sq. 1830. sq. et Mabillon. ad an. 714. num. LXXIV. Tom. II.

(4) Confer Mabillon. ad an. 751. n. LX. Tom. II.

(5) Tom. III. Concilor. pag. 2021.

(6) Apud Mabillon. ad ann. 800. num. XCVII.

(7) Mabillon. ibid. ad an. 703. num. XXIV.

Jam video spectare te ad Synodum oecumenicam IV. Lateranensem, cujus quidem Synodi Canone XIII. cautum fuit, ne quis *novam religionem*, seu novum religiosum Ordinem induceret (1). Verum ea cautio a Pontifice ipso adhibita est, adprobante Concilio, non autem indicta Pontifici, quasi ei vetitum esset, ne quem novum Ordinem confirmaret. Qua in re tuam rursum fidem desidero. Honorius quidem III. SS. Dominici, et Francisci Ordines confirmavit, quo certe facto ostendit, jus fuisse Pontifici novos Religiosos ordines non instituere solum, sed etiam confirmatione sua munire. Quod ipsum majorem in modum demonstrat Synodus Lugdunensis II. quae non minus, quam Lateranensis, oecumænica fuit. Nam haec Gregorio X. assensa, canone XXIII. (2) sanxit, ut ordines post Concilium Lateranense instituti, nec tamen ab Apostolica sede confirmati, supprimerentur. Agnovit igitur Synodus confirmandorum novorum ordinum in Summo Pontifice potestatem. Hanc ergo fuisse sublatam a Lateranensi Concilio, ne somniavit quidem. Pergit eadem Synodus Lugdunensis, ac confirmatos ordines, *inquit*, „ per Sedem eam„ dem, post tamen idem Concilium institutos, qui-

(1) Pag. 31. Tom. VII. Conciior. Edit. Paris. an. 1714.
(2) Tom. ejusd. pag. 715.

„ bus ad congruam sustentationem redditus, aut „ possessiones habere professio, sive regula, vel „ constitutiones quaelibet interdicunt, modo sub„ sistere decernimus infrascripto, ut professoribus „ eorumdem ordinum ita liceat in illis remanere, „ si velint, quod nullum deinceps ad eorum pro„ fessionem admittant, vel de novo domum, aut „ aliquem locum acquirant, nec domos, seu loca, „ quae habent alienare valeant SINE SEDIS EJU„ SDEM LICENTIA SPECIALI... Sane ad Prae„ dicatorum, et Minorum Ordines, quos evidens „ ex eis utilitas ecclesiae universali proveniens per„ hibet approbatos, praesentem non patimur con„ stitutionem extendi „. Jamne perspicis, ut Synodus eos Ordines consistere velit, propterea quod fuerint ab Sede Apostolica confirmati; et quamvis aliquibus interdicat, ne quem ipsi posthac ad coetum adscribant suum, neve loca ulla acquirant, et parent; id tamen ea interdicat lege, modo ne ipsis Sedes eadem Apostolica, ut secus agant, *specialem* fecerit potestatem? Non est ergo, cur aut neges, aut dubites, agnosse sanctam illam Synodum in Apostolica Sede jus novorum Ordinum confirmandorum, tunc exercendum praesertim, cum inde evidens in Ecclesiam utilitas inferenda videatur.

Quàm erret Anonymus turpiter, pugnis,

XV. Rursum ubinam tu legisti, optasse Ecclesiam, ut minuatur numerus Monachorum? Profecto si Pa-

optasse Ecclesiam, ut numerus Monachorum minuatur.

trum consensio quid Ecclesiae sit, fueritque in optatis demonstrat,ut demonstrat revera; fateare necesse est, eam optasse, optareque, ut is numerus non modo non decrescat, sed etiam majorem in modum augeatur. Legito S.Athanasii (1), S. Basilii (2), S. Gregorii Nazianzeni (3) S.Epiphanii (4), et SS. Ambrosii (5),

(1) S. Athanasius in S. Antonii Abbatis vita n. 86. Tom. I. par. II. operum Ed. Patav. an.1777. p.687. succensuisse iis Antonium scribit, qui Monachis infesti erant, minatumque fuisse fore, ut a Deo punirentur; et num.14. et 15. pag. 644. eumdem Antonium commendat, quod πολλοῖς *multis* persuaserit, ut Monasticum susciperent institutum, quodque ejus suasu πλεῖστοι PLURIMI asceticam vitam amplexi fuerint, et brevi πλεῖστα fuerint condita Monasteria. „ Multis, *inquit*, persuasit, „ ut monasticam eligerent vitam,at„ que ita demum in montibus quo„ que excitata sunt Monasteria, Ere„ musque a Monachis habitata est, „ qui, reiictis suis omnibus, caelesti „ instituto nomen dabant... Plurimos „ ad asceticae vitae amorem inflam„ mavit, ita ut ejus suasu brevi plu„ rima fierent Monasteria, quibus „ omnibus, quasi Pater ipse prae„ rat „. Confer etiam Athanasii praefationem ad Antonii ipsius vitam pag. 631. ubi monachis gratulatur propagationem Monasteriorum. De Monialibus confer quae narrat n. 54. pag. 668. Quin etiam n. 79. pag. 685. animadvertit, has virginitatem colentes, argumentum suppeditare veritati Christianae Religionis. Sed has Anonymus ut inutiles aversatur, Monasteriaque saltem multa tollenda putat. Qua in re Arianosne consectetur, ex Athanasio cognoscet ibid. n. 76. pag. 687. sqq. et Hist. Arianor. ad Monachos n.73. pag. 306. Tom. I. par. I.

(2) Vide hujus Epist. XXIII. al. CCCLXXXIII.pag.101.sq. et CCLXXXIV. al. CCCIV. ad Censitorem Tom. III. opp. pag.424.sqq. Ed.Paris. an.1730.

(3) Orat. XXI. p. 384. Ed. Colon. an. 1690. Tom. I. opp.

(4) In haeresi LXXX. quae est Massalianorum n.IV. pag.1070. T. I. opp. Edit. Paris. Petav. an. 1622.

(5) In Hexahemer. lib.III. cap.V. pag. 47. Tom. I. opp. Ed. Venetae an. 1748. quo loco Monachos laudat, qui cupientes latere mundo, in insulas se conferebant, uti se in

Jo. Chrysostomi (1), Hieronymi (2), Augustini (3), Theodoriti (4), Leonis Magni (5), Paulini Nolani (6), Gregorii Magni (7) opera; ac ne plura complectar,

pietate exercerent. Scilicet hoc restat, ut Anonymus eos ab Ambrosio laudatos dicat, quorum Ambrosius idem numerum imminui optaret. Anonymus autem contra statuet, sat scio: eos qui utiles non essent reipublicae, tolli debuisse. Verum is, Ethnicorum more, utilitatem reipublicae non spiritu, sed carne metitur. Secus tamen fert Ambrosii, et Basilii l. c. reliquorumque Patrum sententia.

(1) Lib. I. adversus Oppugnatorem Vitae Monasticae n. 2. p. 45. T. I. oper. Edit. Paris. Montfaucon. quo loco in eos, qui imminui, aut tolli numerum Monachorum oportere jactabant, disputans: „ Assyriorum „ optimates, *inquit*, omnesque ce„ teri barbari ... nolebant finitimos „ sibi Judaeos multiplicari; nam „ fore arbitrabantur, ut horum vi„ ribus potentia eorum obscurare„ tur. Hi autem (qui nunc Mo„ nachorum numerum imminutum „ vellent) quo auxilio haec ausi „ sunt? Magno stupore plenus sum, „ quod .. haec in mediis urbibus „ impune fieri dicas ... His quoque „ mirabiliora, quod qui haec usur„ pant, PII VIDERI VOLUNT, „ ET SE CHRISTIANOS NUN„ CUPANT „. Confer, quae sequuntur; ex iis enim pernos[illegible]m essent illi osores Monachorum similes obloquentium hujusce temporis, quamque hostes totius Religionis. Testimonia cetera S. Doctoris collegit Auctor operis italice inscripti *Del Diritto libero della Chiesa*, translitque in Tomi II. par. II. pag. 142. sqq.

(2) Hujus item S. Doctoris loca ibid. recensuit idem Auctor *Del Diritto libero etc.* pag. 231. sqq.

(3) Augustini perinde egregia testimonia transtulit idem in III. T par. I. ejusd. operis pag. 325. sqq. et. pag. 376. sqq.

(4) Teodoret. Hist. Eccles. lib. IV. c. XXVIII. et Histor. Religios. per tot.

(5) Confer hujus Epistolas XLV II. pag. 197. LIV. pag. 234. Tom. I. opp. Edit. Rom. an. 1755.

(6) Ep. XVIII. ad Victricium Rotomag. n. 4. sq. pag. 99. Edit. Veron. an. 1736. et Epist. XXIX. ad Severum num. XI. pag. 182.

(7) Quam is aegre tulerit Mauritii Legem imperantis, ne milites institutum susciperent Monachorum, constat ex Lib. ejus III. Epist. LXV. pag. 22. T. VII. Edit. Venetae an. 1770. „ Quam constitutio„ nem, *inquit*, ego fateor, ve„ hementer expavi, quia per eam

Digitized by Google

Synodorum Ephesinae(1), et Chalcedonensis(2) Acta, tumque, si frons ista feret, aude, nihil te attulisse dicere, quod non sis a Patribus mutuatus. Quid? Pa[illegible]ne non idem sensisse pugnes, quod sentit Eccl[illegible] Sed quo tandem modo, cum vocem Patrum esse Ecclesiae vocem catholici quique et agnoscant, et fateantur? Ad Lateranensem IV. Synodum provocabis, opinor. At haec, mi homo, novos quidem religiosos Ordines *inveniendos* deinceps vetat (3); sed

„ caelorum via multis clauditur, „ et quod nunc usque licuit, ne „ liceat, prohibetur „. Vide Opus *Del Diritto Libero della Chiesa* Tom. II. Par. II. p. 404. sqq.

(1) Quanti Synodus Ephesina fecerit Monachos, ex Litteris intelligi plane potest, quas ad Dalmatium Archimandritam dedit ann. 431. Action. I. p. 147. Tom. I. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. et ex Rescripto Episcopor. *Constantinopoli inventorum ad commonitorium. ſ. Synodi* ibid. pag. 1586. sq.

(2) Action. XV. Can. I. pag. 490. et Canon. XXIV. pag. 611. T II. Concilior. Edit. ejusd. Vide praeterea Synodum Toletanam IV. ann. 633. Tom. III. Concilior. Edit. an. 1714. et Concilium Valentin. an. 584. pag. 458. De causis cur exempti Monachi fuerint e jurisdictione Episcoporum, supra docuimus. Ceterum etsi Patres institutum laudarint Monachorum, laudibusque suis ostenderint, optasse quidem se, ut numerus eorum, et Monasteria augerentur; tamen osores hi recentes Monachismi, quamquam nihil nunc accidat novi, quod non etiam memoria majorum acciderit, numerum ipsum imminuendum esse clamitant, non studio quidem [ut osores iidem jactant] tuendae Reipublicae, sed aut voluntate excindendae Religionis, vel debilitandae Ecclesiae, aut libidine maledicendi; quorum quidem alterum impiorum proprium est, alterum malignantium otiosorum. De priore consulatur Johan. Chrysostomus Adver. Oppugnat. Vitae Monasticae lib. I. n. 2. pag. 47. De altero lib. III. n. 9. pag. 92.

(3) Can. XIII. Tom. VII. Concilior. pag. 31. Edit. Paris. an. 1714. „ „ Ne nimia Religionum diversitas „ gravem in Ecclesia Dei confusio-

institutos confirmari ab Apostolica Sede, si e re sint futuri Ecclesiae, non vetat. Noverant enim Synodi Patres, quae sit, quamque late pateat Sedis Apostolicae auctoritas (1). Neque idcirco, quasi imminuenda multitudo Monachorum sit; nam integrum, Synodus eadem affirmavit, cuique fore, ei se, cui mallet Ordini adprobato addicere; sed ideo Synodus ipsa cavit, ne quis religiosos Ordines novos *inveniat*, quod ex Ordinum eorumdem *diversitate* gravis in Ecclesiam inferatur confusio. Quo magis mihi persuadeo, voluisse Synodum, ut numerus non decresceret, sed augeretur Monachorum, cum videam, cuicumque factam ab Synodo ipsa fuisse condendorum novorum Monasteriorum potestatem, dummodo iisdem in Monasteriis non nova quaepiam, sed una aliqua earum Regularum (quae probatae fuissent) ad observandum, deligeretur. Quis enim non plane intelligat, aucto Monasteriorum numero, augeri item oportere numerum Monachorum?

Atenim sunt, inquis, Monachi haud pauci non bonæ frugis. Est ita, fateor. Sed fuerunt etiam Atha-

„nem inducat, firmiter prohibemus, „ne quis de cetero novam Religionem inveniat, sed quicumque „voluerit ad Religionem converti, „unam ex approbatis assumat; similiterque qui voluerit Religiosam „domum fundare de novo, regulam, et institutionem accipiat „de Religionibus approbatis „.

(1) Vide Canon. V. p. 23. et Can. XII. p. 30. et Can. XXIX. p. 42. et Can. XXX. p. 43. et Canon. XLVI. p. 51. et Can. LXII. pag. 66.

nasii (1) ; Epiphanii (2) , Hieronymi (3) , Augustini (4) , Leonis (5) , Fulgentiique temporibus (6) . Quid? Malorum ne causa , ii Patres minuendum esse monachorum numerum , aut monasteria ulla vel jam extructa , tollenda , vel nova non condenda putarunt ? Nihil minus . Curandum illi quidem censuerunt , ut redigantur ad frugem mali , intereaque monasteria retineantur , neque committatur , ut in laicorum umquam veniant potestatem (7) . Quod si ob malos , qui in coetu aliquo sint , idem est aut tollendus , aut minuendus coetus ; nulla , mihi crede , reperietur non discindenda societas , nulla urbs non multanda maximo numero civium . Nam ut S.Fulgentius in *Lib. de Fide ad Petrum Diaconum* (8) monet : „ Tenendum „ firmiter est , et nullatenus dubitandum , in omni

(1) Vide hujus Epistolam ad Johannem , et Antiochum Presbyteros p. 773. T. I. P. I. Edit. Patav. an. 1777.

(2) Haeresi LXXX. quae est Massalianor. n.VI. VII.p.1073. T.I. opp. Edit. Paris. an. 1722. et in Exposit. Fidei n.XIII. p.1094.

(3) Vit. Malchi p. 91. Tom. IV. opp. Edit. Paris. Martianaei . Vit. S.Hilarionis p.38.

(4) Augustin. in Ps.CXXXII. n.IV. pag. 1110. Tom. IV. Edit. Antuerp. an.1700.

(5) Epist. XC. ad Julian. Episcopum Coensem Cap.II. p.347. Tom.II. Opp. Edit. Rom. an. 1755.

(6) Lib. de Fide ad Petrum Cap. XLIII. Tom. VI. opp. S. Augustini pag.512. Edit. Antuerp. an.1700. .

(7) Concil. Chalced. an.451. Can. XXIV. pag.611. Tom. II. Concilior. Edit. Paris. an. 1714.

(8) Cap. XLIII. n. 86. p. 512. et S.Augustin. in Ps.CXXXII. pag. 1110.„ „ Tam sunt , *inquit* , Monachi „ falsi , quam et Clerici falsi , et „ fideles falsi . Omnia genera , fra„ tres mei, tria quae aliquando vo„ bis commendavimus , et , ut pu„ to , non semel , habent bonos „ suos , habent malos suos „ .

„ professione sive Clericorum, sive Monachorum, „ sive Laicorum esse bonos simul, et malos „. Sed elatus studio, plura de numero Monachorum scripsi, quam necesse fuisse videatur.

Fanaticos rursum vocat eos, Anonymus, qui a Pontificibus Maximis Canonizari oportere Sanctos, confirmarique Regulares Ordines debere, summãque potestatẽ obtineri in Ecclesia censent. Idem errata sua veritates impudenter vocat; talemque nunc exhiberi Pontificem mẽtitur, qualem nõ agnorit antiquitas.

XVI. Verum cum tam erres graviter, tum quasi Romanum Pontificem de gradu, dignitateque dejeceris, *fanaticos* audes appellare eos, qui ab ipso tantum canonizari Sanctos, Religiososque Ordines confirmari, abolerive posse arbitrantur; tuosque inde cives (quasi tu unus omnium sis sapiens in primis, et consideratus) ut ne in illorum se numerum adscribi patiantur „ hortare „ Potin' es aliquando considerare, quid scribas? Annon intelligis eos qui Synodo Tridentinæ assentiantur, ajenti, a Romano Pontifice pro *suprema*, qua in Ecclesia universa gaudet potestate, reservari sibi quædam jure posse; neque vero hos solum, sed veteres etiam Patres, qui causas majores agnorunt, referri ad sedem Apostolicam oportere; non, inquam, intelligis hos omnes abs te in turbam rejici fanaticorum? Equidem vereor, ut id si catholici tui cives resciscant, si minus te conviciis urgeant, detestentur tamen, dignumque judicent, qui e coetu suo exterminere?

Nec ferendum illud est, quod mox glorians mentire. Nam errata tua *veritates* appellare audes, ac *veritates* quidem *plane demonstratas*, cavendumque tuis esse civibus clamitas, ne *stupidorum*, qui con-

tra sentiunt, multitudinem consectentur; simulque admones, ut mirentur potius, postremis hisce seculis existimari talem cœpisse Episcopum Romanum, qualem non agnorit antiquitas. Quam autem hæc falso jactites, quam temere, quam impudenter, ostensum a nobis supra sic est, ut nova oratione non egeat.

Injuria agit Anonymus pugnans, multa sibi arrogasse Pontifices fretos inscientia Episcoporũ, eosque jure non agere. Labitur praeterea confidi ajens Patriarchalia jura cum Pontificiis, statuensque, ex veneratione Episcoporum erga Pontificem, exque allegoriis ortã esse doctrinam de eorum a Pontifice ipso dependentia.

XVII. Atque ex majorum monumentis, quorum est diligens a nobis facta commemoratio, manifestum est, nihil non jure suo Pont.Max. assumsisse sibi, nihil arrogasse, neve opportunitatem sequutos fuisse confictae abs te indiligentiae, inscientiaeve Episcoporum, neve ipsos agendi ratione sua, sed Evangelii, sed Traditionis Majorum, quæ a Christo ad nos usque permanavit auctoritate, populis Orthodoxis persuasisse, successores B. Petri Romanos Antistites potestate jurisdictionis suprema in Ecclesia universa praestare.

Est autem illud perridiculum, quod adjungis, multos esse, qui non considerent, quid agat Papa, nec animadvertant, quo agat jure, aut quid juris habeat. Non enim quid quisque consideret, sed quid Scriptura, Patresque ferant, attendendum est. Scriptura vero, ac Patres id juris, ac potestatis Papae competere plane, uti est demonstratum, docent.

De consociatione catholica sic habeto: coetum esse, qui ad hanc pertineat, omnino nullum, in quem jura venerandae communionis ex Capite Ecclesiae, cen-

centroque unitatis Romano Pontifice non dimanent. Hoc, ut vidimus, constans, perpetua, lateque propagata traditio postulat. Quare itum merito ab orthodoxis quibusque in eam sententiam est: conventum, societatemve nullam habendam esse catholicam, quam in communionem Pontifex non admittat; habendam vero catholicam esse eam, quam idem admittat in communionem.

At multi sunt, inquis, qui Episcopi Romani patriarchalia jura cum Papæ praerogativis confundant. Verum quid hoc ad rem? Nos de primatu, potestateque Papae agimus, qua Papa est, quaque potest etiam Patriarchis praescribere. Jura porro patriarchalia *Ecclesiasticae* institutionis sunt; pontificia autem *divinae*.

Episcopos Pontifici Maximo subesse ex iis, quæ supra disputavimus, liquet. Quamobrem tu vehementer erras, qui hanc de subjectione Sacrorum Praesidum doctrinam ex eo profectam commentus es, quod iidem Praesides Sacrorum quaedam attribuerint Romanae Sedi aut veneratione erga illam singulari sua, aut disciplinae tuendae studio, aut conscientiae anxitudine.

Jam quod de allegoriis quibusdam Patrum male intellectis misces, ac turbas, quale tandem est? Non enim allegoriis orthodoxorum de Pontificis potestate doctrina inducta, atque firmata, sed traditionis›

ut vidimus, perspicuis in primis, atque certissimis monumentis.

Cantilenam rursum nobis de Isidorianis Epistolis insusurrat; sed quam falso, quamque inaniter?

XVIII. Nugas porro agis, dum malae causae patronorum studia aemulatus, ut falso, ita etiam fidenter scribis, Ecclesiam fecisse jacturam prioris egregiae formae suae, adscitu Pseudo-Isidorianarum Epistolarum a disciplina vetere discrepantium. Nos enim, ut ex iis, quae supra descripsimus, manifestum est, nihil habitis Isidorianis mercibus, unam sequimur auctoritatem Patrum. Quamquam Epistolas Isidori magnam partem e Patrum veterum testimoniis fuisse conflatas, Blondellus, homo ceteroqui de Pseudo-Reformatorum grege, vi adactus veritatis, confessus est; quod tu quidem aut imperitia, aut malignitate siles, etsi id elabores, ut esse catholicus videare.

Mentitur praeterea Anonymus statuens, auctam fuisse Romani Episcopi potestatē negligentia Episcoporum, ac temporalium bonorū cupiditate.

XIX. Manifesto praeterea te mendacio implicas, dum nihil haesitans narras, auctam fuisse potestatem Papae, propterea quod post IX. seculum Archiepiscopi, et Episcopi (posthabitis juribus, muneribusque suis) operam seculari magnificentiae, temporalibusque commodis sibi comparandis darent. Quid enim in historia tam clarum, tamque perspicuum, quam nono, insequentibusque seculis Archiepiscopos, et Episcopos fuisse permultos, qui studio tuendae Religionis, ac disciplinae colendae flagrarent, nec commodis *temporalibus*, magnificentiaque *seculari* permoverentur? Quid? Patres

Digitized by Google

ne Synodi Duziacensis an. 871. habitae, fuisse suorum jurium diligentes vindices, atque custodes (1), neges, neque verebere fore, ut si neges, eruditorum omnium irrisione ludare? Commodis ne seculi parandis, non juribus suis vindicandis Hincmarum Remensem, Odonem Belvacensem, Johannem Cameracensem, Willebertum Catalaunensem, Hildebaldum Svessionensem, Geraldum Ambianensem, Adelbertum Silvanectensem (2) studuisse, impune dices? Quo autem tu ore defendes, magnificentiae *secular*i parandae, non disciplinae aut constabiliendae, aut restituendae operam dedisse Præsules, qui ad Synodum convenere Ovetensem in Hispania ann. 873. Duziacensem II. in Gallia ann. 874. Cabilonensem ann. 875. Bellovacensem ann. 875. Pontigonensem ann. 876. Ravennensem in Italia ann. 877. Coloniensem in Germania ann. 887. Moguntiacensem ann. 888. Metensem an. 888. S. Macrensem an. 888. Triburiensem an. 895. Nannetensem, Troslejanam in Gallia an. 909. Confluentinam ad Renum an. 922. etc. Quid? Neglexisse ne sua jura Episcopos, audebis dicere, qui extremo fere XI. sec. apud S. MacramDioeces. Remens. Synodum habuerunt (3), et eos, qui Triburiense ce-

(1) Vide hujus Synodi acta Tom. V. Concilior. p. 1218. Edit. Paris. an. 1714.

(2) Vide Hincmari Epist. XVI. subscriptam ab iisdem Episcopis Tom. eod. Concilior. p. 1448. sqq.

(3) Tom VI. P. I. Concilior. Edit. Paris. an. 1714. p. 350.

lebrarunt Concilium (1), Præsulesque qui Juvaviam initio fere seculi x. convenere, scripsereque ad Johannem IX., quos plane constat pro suis juribus pugnasse, longeque abfuisse ab expetenda, parandaque sibi magnificentia *secular i*? Mitto Synodos Engilenhemeinensem an. 945. (2), Augustanam (3) an. 952. Ravennatensem ann. 967. (4), Pictaviensem an. 1000. (5), Aenemensem in Britannia an. 1009. (6), Veronensem Raterii (7), Salegustodiensem an. 1022. (8), Bituricensem an. 1031 (9) Cæsenatensem an. 1042 (10), Remensem an. 1050. Sanct' Aegidianam, Tolosanam an. 1056. Viennensem an. 1060. Moguntinam an. 1071. Rotomagensem an. 1072. et 1074. Burgensem an. 1080. Beneventanam an. 1091. Londoniensem an. 1102. aliasque seculor. xII. xIII. xIV. xV. xVI. xVII. quarum si legisses acta, non eo fortasse audaciae abreptus esses, ut Romanos Pontifices per summam injuriam dejecturus de dignitate, Episcopos, universe calumniare- re, quasi non disciplinae restituendae, neve tuendorum suorum jurium, sed augendae, parandaeque sibi potestatis *secularis* cupiditate tenerentur.

Sed fuerint Archiepiscopi, atque Episcopi post seculum IX. tales, quales eos tu describis calumnia;

(1) Ibid. pag. 437. sqq.
(2) Ibid. pag. 603.
(3) Ibid. pag. 615.
(4) Ibid. pag. 651. sqq.
(5) Ibid. pag. 763. sqq.
(6) Ibid. pag. 774. sqq.
(7) Ibid. pag. 787. sqq.
(8) Ibid. pag. 827. sqq.
(9) Ibid. pag. 847.
(10) Ibid. pag. 920. sqq.

Quid? Eorum ne nos usi sumus auctoritate? Quod si usi sumus testibus temporum superiorum, quae causa fuit, cur eorum tu negligentiam in suis tuendis juribus objiciendam arbitrarere? Quamquam non minus similium tui sophistarum, quam tuam rationem miror, qui si noni, atque insequentium seculorum monumentis et gravibus, et multis premamini, nihili ea pendi a vobis, contemni, respui clamatis. Ineptias ipsis comprehendi, figmenta, portenta temporum ignorantiae, quasi vobis nunc tandem sapientiae lumen affulserit. Sin contra unum aliquod expiscati sitis, quod prae se obscuri quidquam, involuti, atque implicati ferat, vobisque, etsi non sit revera, at esse tamen opi videatur; cupide illud quidem arripitis, in eoque, ac si consistens, firmum, validum sit, locatis opinionum vestrarum praesidium. Ac te profecto, te, inquam, ad Synodorum noni seculi Gallicanarum, ad Silvestri secundi, ad Innocentii tertii, quorum ille decimo, hic tertio, ac decimo seculo vixit (qua fide, demonstratum jam est), confugere vidimus auctoritatem. Quae autem est, nisi ista inconstantia summa est, volubilitasque mentis?

Inde vero quisque perspiciet, quam tu etiam falso jactes, factum magna, eaque late pervagata imperitia non laicorum modo, qui post IX. seculum vixere, sed etiam ecclesiasticorum fuisse, ut diu vetus disciplina debilitata, atque eversa jacuerit.

Nam et Synodi, quae multae celebratae iis temporibus fuerunt (1), quarumque acta eruditorum manibus teri solent; et scriptores, quorum ad nos usque opera pervenerunt, si judicio ageretur, te plane convincerent, efficerentque, ut condemnarere mendacii crimine, nisi forte sint, qui nomine te ignorantiae excusandum putent. Quibus certe quin assentiar, illud obstat cum primis, quod qui mentitur, non magis in vitio sit, quam qui invidiam cuiquam conflaturus, id veluti certum sumat, quod verum ne, an falsum sit, nesciat. Atque illud vere videor esse dicturus, Raterium, Atonem, Brunonem Signiensem, Anselmum, Petrum Damianum, Lanfrancum Cantuariensem, Bernardum, Ivonem, aliosque sane multos longe fuisse, quam tute sis, disciplinae veteris peritiores. Fac tamen non fuerint; quid tum ? An nos in tuenda Pontificis potestate monumentis agendum censuimus seculo nono recentioribus ? Cum autem his non egerimus, quid haec tu nobis oggeris, tu, inquam, qui relictis fontibus, Boehemeri, Espenii, aliorumque generis ejusdem convasatorum rivulos consectare ?

(1) Ut videas,, coluerintne disciplinam horum seculorum Antistites, confer Synodos Guastallensem an. 1106. Londinensem an. 1108. Remensem an. 1119. Lateranensem an 1122. Londinensem an. 1125 Trecensem an. 1127. Lateranensem an. 1139. Remensem an. 1148. Turonensem an. 1163. Cassiliensem an. 1168. Rotomagensem an. 1189. Eboracensem an. 1195. Diocleensem in Dalmatia an. 1199. Avenionensem an. 1209 Parisiensem an. 1212. Monspeliensem an. 1215. etc. etc.

Digitized by Google

De Assentatoribus, deque Scholasticis falsa Anonymus loquitur: perque summam injuriam Reges, ac Principes oscitantiae arguis, quasi neglexerint, quae sui juris essent.

XX. Pergis nihilominus, ac posteaquam, inquis, ad excelsum gradum elata est Sedis Apostolicae *temporalis* auctoritas, multae inde extitere causae cum sperandi, tum metuendi, quae quidem causae quemadmodum assentatores, ita cupidos sacerdotiorum induxere, ut Papam Principem *universalem* dicerent, non *ecclesiasticum* modo, sed etiam *secularem*. Hisce assentatoribus (sic porro addis) socios se deinceps adjunxere scholastici, qui *falsas* illas *merces*, quas in Romanis Scholis coëmerant, suis discipulis venditarunt. Mones inde, haec commenta non animadvertisse Reges, atque Dynastas; quare hos ne cogitasse quidem in veterem disciplinam inquirere, ut pernoscerent, quae sui juris sint, quae Pontificis, quae Episcoporum. Ista tu quasi oracula fundis, in quibus vereor, ne qui sint, qui rursum fidem tuam, prudentiamque desiderent. Cui namque persuadeas, agere te fide bona, qui cum scias, non probari nobis, quod quidam de Pontifice Maximo *Principe seculari universali* finxere; tum id efferas, quasi probemus? Nobis, ut supra demonstratum est, ea de potestate, ac juribus Pontificis Romani insedit sententia, quam vetustas, universitas, constans, perpetuaque consensio orthodoxorum firmavit; non quam intulerit unius, vel paucorum, eorumdemque novitiorum instabilis persuasio. Prudentemne vero quisquam eum arbitretur esse, qui, ut tute facis,

Pontificum Romanorum depressurus auctoritatem, scriptores quosque tot seculorum, Episcopos, Reges imperitiae, oscitantiaeque arguat? Nae tu solers, prudens, mirificus patronus es, qui vincere non putes posse, nisi atroci, quos defendere institueris, vexes, affligasque injuria. Non animadvertisse autem Reges, quid scholastici molirentur, neque in veterem disciplinam inquisisse, ut quod suum jus esset, pernoscerent; quotus quisque aut non imperitus rerum, aut non insigniter impudens dicat; cum perspicue palam sit, Othones, Henricos (1) Fridericos (2) (quid porro omnes commemorem?) non solum quae sui essent juris quaesisse; verum etiam humanis, divinisque legibus contemptis, eo vim produxisse suam, ut in jura Ecclesiae invaderent, sanctamque, quam profiteri se dicerent, violarent Religionem?

De Assentatoribus, cupidisque dignitatum quod aggeras, nihil moror. Nam si, te auctore, horum verbis aucta potestas Papae est; censesne defuturos,

(1) De Henricis IV. et V. Vide quae persequutus est Mabillon Tom. V. Annal Benedictinor. ad an. 1068. n. XX. et ad an. 1073 n XXIV. et ad an. 1075. n. CIX. ete. etc. et T. VI. ad an. 1118. n. XXVI. etc

(2) Vide Baron. ad an. 1152. n III. et ad an 1155 n. XXIII. sqq. et ad an. 1160. n. I. et II. sqq. et ad an. 1163. n. XVI. et 1164. n. XXVIII. et 1166. n. I. sqq etc. etc et Natal. Alex. Hist. sec. XI. et XII. P. II. Art. VIII. IX. X. et XI. et Histor. Concil. Later. III. sub Alex. III. et Johan. Lamium in Chronic. Leon. Urbevet. ad Gregor. IX. p. 254. sqq. edit. Florent. an. 1737.

qui te imitati, paria de aucta potestate Imperatorum dicant, quorum aulas intellexerint adulatoribus, dignitatumque cupidis abundare? Consuli autem abs te vellem Ambrosium Archiepiscopum Mediolanensem. Is assentatores Imperatoris Valentiniani II. notans: Videte, *inquit*, quanto pejores sint, quam Judaei. Illi quaerebant, utrum solvendum putaret Caesari jus tributi: isti Imperatori volunt dare jus Ecclesiae (1) „. Quo sane spectant, quae de palpatoribus aulicis ad Fridericum I. Imperatorem scripsit Hadrianus IV. epist. IV. (2). Quod si assentatorum artibus potestas est Pontificum amplificata, ostendito qua in re denique. Cum autem non ostendas, idque unum jactites, de principatu *laico universali*, quasi commune nostrum sit axioma, quod falsum est, cum sit aliquorum, quibus nos neque assentimur, neque adjungi fidem a quoquam volumus; quid est, quod inani ista nos obtundere pergas auctae potestatis accusatione?

Jam de scholasticis quod opponis, deque Romanis scholis plenum mendacii est. In scholis enim Romanis docuit Thomas Aquinas. Hujus fuerunt, suntque etiamnum discipuli prope innumerabiles.

(1) Serm. contr. Auxentium n. XXI. pag. 922. Tom. III. Opp. Edit. Venetae an. 1751. De adulatoribus item Episcopor. vide quae scribit S. Bernardus Epist. XII. ad Episcop. Senonen. Cap. VIII. p. 210. T. I. opp. Edit. Venetae an. 1765.

(2) Tom. VI. P. II. Concilior. pag. 1337. Edit. an. 1714.

In ejus autem operibus nihil est de *Principe Seculari universali* Romano Pontifice ; sunt autem contra quaedam , quae efficiant , id praerogativae genus non esse eidem Pontifici tribuendum . Mittam de ceteris dicere , ne agere videar de re non necessaria fusius .

De expeditionibus Crucesignatorum in Palaestinam. Quam de his non ad rem, falsoque Anonymus disputet?

XXI. Descendis ad Crucesignatorum in Palaestinam expeditiones . Id quo demum pertineat, ne suspicari quidem possum . Neque enim quidquam secum expeditiones ejusmodi importabant , quo aut amplificata censeretur Pontificis auctoritas , aut imminuta . Sed haec tu persequutus es , non quo his deripi quidquam de jure Apostolicae Sedis arbitrarere ; sed quo Protestantibus rem gratam faceres , a quibus ista est de locis sanctis obloquendi licentia . Verum alione id consilio feceris , an isto , non laboro . Illud ex te quaero , cur loca , in quibus peracta est generis humani a Christo Servatore redemtio , Terrae Sanctae nomine dedignere (1) , ideoque ipsam *la pretendue*

(1) A S.Cyrillo Hierosol. Catech. x. num. xix. pag. 146. Edit. Paris. an.1710. *Golgotha* γολγοθᾶς appellatur ἅγιος *sanctus*]. S.Hieronymus Epist.xlviii. al.cxiv. ad Desiderium p.562. Tom. eod. *Loca Sancta* vocat , quibus Anonymus id nomen attributum nollet. [Et Epistola lxxxiv. al.xxx. ad Oceanum p. 661. *inveterατum Sanctorum Locorum desiderium* memorat. Quid ? si S. Matthaeus in Evang. cap.iv. v. 5. et cap.xxvii. v.53. Hierosolymam sanctam civitatem vocet ? Quam iniquum autem est ab Hieronymo , et a Matthaeo ipso recedere, ac Anonymo assentiri , qui cum Patres , Scripturasque consectari se verbo dicat , tum reipsa eas oppugnet , sequaturque Calvinum , Hospinianum , haereticosque ceteros generis ejusdem?

terre sainte contemptim voces? Quid? Quam terram sanctam in II. Machabaeorum libro, ante perfectam ibi redemtionem generis humani, appellari videam; post id mysterium peractum, sanguinemque ibidem a Redemtore fusum, Terrae Sanctae vocabulis non appellem? (1). Age vero Augustinum ne laudes, qui terram e Sepulcro Domini effossam, atque asportatam in Africam fecit, ut debebat, maximi (2); *sanctamque* dixit; alios contra vituperes, qui *Sanctam* perinde vocant, et Sepulcrum idem restitui Ecclesiae cupiant? Nam quod adjungis: cognosse demum homines *terram sanctam a christiano quaerendam*, non Palaestinam esse, sed caelorum Regnum (quasi minus notum hactenus fuerit, regnum caelorum cumprimis esse quaerendum,) plenum calumniae est, atque ex fontibus haustum Protestantium (3). Quotus enim quisque Christianus est, aut fuit unquam, qui vel putarit, vel putet, non esse sibi laborandum de caelorum regno? cum perspicue Christus in Evangelio praeceperit, id caelorum regnum *primum* quaeri oportere? Verumtamen Religio, quae ad

(1) Cap. I. v. 7.

(2) Lib. XXII. de Civ. Dei c. VIII. num. 6. pag. 503. tom. VII. Oper. edit. Antuerp. an. 1700.

(3) Cujusmodi est Wesseillingii Diss. de sacris Peregrination. praefixa Itinerar. Hierosolymit. pag. 537. edit. Amstelod. an. 1731. Is a Centuriatoribus Magdeburgensibus, a Johanne Calvino, ab Hospiniano, a Danaeo accepit. Confer Mamachium Antiquitatum Christianar. Tom. II. pag. 35. sq. not. 5.

idem regnum, seu ad sempiternam vitam ducit, variis sese modis exercet. Nega, si potis es; quae usui sanctis hominibus fuerunt (1), Sanctorum item Imagines, Crucem praeterea rite coli, atque in memoriam nobis sanctos ipsos, passionemque Servatoris revocare, conferreque ad pietatem, adeoque ad quaerendum caelorum Regnum. Negare vero qui tandem poteris, nisi catholica religione abjecta, defeceris ad iconomachos? Jam vero cum negare nequeas, quid est, quod cum et crucem *Sanctam*, et *Sanctas* imagines voces; tum terram illam *Sanctam* non voces, in qua Christus nasci, ali, tot miracula patrare, cedi, affigi cruci, mori voluerit, indeque resurrexerit, elatusque fuerit in caelum? Cujus quidem terrae loca illa, in quibus ea tot miracula patrata, totque mysteria peracta sunt, dum visuntur, in spectatore Christiano pietatem excitant, et religionem (2). Quod si retinendarum sanctarum imagi-

(1) Irridebit primorum temporum Christianos Anonymus, quod tanto in pretio *Sudaria*. et *semicinctia* S. Pauli habuerint. Verum Anonymum nihil moror. Lucae assentior, ut debeo, Christianorum illorum religionem, pietatemque, Spiritus S. afflatu, probanti *Actor. Apostolicor.* cap. XIX. v. 12. Quid? Si ad *umbram* Petri iidem Christiani confugerent, laudatique proinde ab Luca fuerunt ibid. cap. v. versu 15?

(2) Symbola salutaria eadem Loca appellat Gregorius Nyssenus Epist. ad Eustochiam pag. 1088. Tom. II. opp. Edit. an. 1615. Consule praeterea Hieronymum Epist. ad Marcellam XLIV. al. XVII. pag. 550. Edit. Paris. Martianaei Tom. IV. Par. II. qui eos laudans, qui Christum in iis adoraverant locis, de quibus *primum Evangelium de patibulo coruscaverat* „ Nec hoc dicimus, „ *inquit*, quod renuamus, re-

num causa, summa sua gloria permulti pugnarunt, et vita posita, Martyres obierunt (1); quid est, quod eos vituperes, qui datis militiæ nominibus in Palaestinam profecti fuere, loca illa recuperaturi, quæ jure ad Christianos pertinebant, injustoque bello in hostium venerant potestatem? Longe alia mens S.Bernardo, S. Ludovico Regi, B.Gregorio X. ac B.Benedicto XI. aliisque sanctissimis, doctissimisque viris, Patribusque Synodorum oecumenicarum Lugdunensium duarum fuit, quibus certe neque tu, neque tui similes ullo modo estis aut religionis, aut doctrinae nomine comparandi (2).

„ gnum Dei intra nos esse ... sed „ quod hoc asseramus, vel maxime „ eos, qui in toto orbe sunt pri- „ mi, hnc pariter congregari „. Theodoritus Histor. Reilgios. cap. IX. pag. 820. Tom. III. opp. Edit. Paris. Sirmundi de Petro Anachoreta disserens „ Abiit, *inquit*, in „ Palaestinam ut conspectis locis, „ in quibus salutaris passio suscepta „ est, Servatorem Deum in illis ado- „ raret, non quasi loco circumscri- „ ptum, sed ut oculos ipsos etiam „ rei quadam contemplatione pasce- „ ret, nec sola mentis acie sine vi- „ su spiritalibus per fidem deliciis „ frueretur. Solent enim, qui amant, „ non illius tantum aspectu affici „ laetitia; sed et domum, & vestes, „ & calceamenta summa cum volu- „ ptate contemplari ... Nihil ergo „ absurdi fecit hic vir divinus ... „ Loca inquirebat, ex quibus salu- „ tares omnibus hominibus fontes „ profluxerunt „. Ita Patres; et tamen Anonymus, qui tam ab iis enormiter distat eos se, dum oppugnat, auctores sequi mentitur.

(1) Vid. Nat. Alex. Hist. Ecclesiast. sec. VIII. cap. II. §. 1.

(2) Mirum est, hos, qui fas putent, temporalis lucri, ambitusque causa nomina dare militiae; exhibentque se ad delectum eorum principum, quorum ditioni non sunt subjecti; atque illorum se hostes constituunt, a quibus in ipsos, ipsorumque patriam nihil umquam redundavit damni; mirum, inquam, est, eos tam esse delicati fastidii, ut ne-

Est illud præterea monstri simile, te, qui, etsi falso, fidenter tamen clamitas, nihil abs te ipso afferri, quod non fueris mutuatus a Patribus; repente maledictorum, contumeliarumque aculeos in Patres ipsos erigere, quos non solum omnes ea loca permagni fecisse, sed ipsorum etiam permultos jam inde a primis Ecclesiæ seculis (1) eadem illa religionis ergo sibi adeunda, ac perlustranda duxisse constat. In horum numero fuere Ss.Alexander, qui post Hierosolymorum fuit Antistes (2) Hilarion, (3), Basi-

fas censeant fuisse, pro religiosis locis recuperandis, militiam profiteri etc.

(1) S. Cyrillus Hierosolymitanus Catech. XVII. n.XVI. pag. 272.,, Johannes, *inquit*, ceterique Apostoli quavis lingua loquebantur ,, iis, qui ex variis gentibus erant; ,, non enim nunc coepit exterarum ,, gentium multitudo huc ex omnibus partibus congregari, sed jam ,, ab illis temporibus ,,. S.Hieronymus Epist. XLIV. ad Marcellam pag.350.,, Longum est nunc, *inquit*, ,, ab ascensu Domini usque ad praesentem diem per singulas aetates ,, currere, qui Episcoporum, qui ,, Martyrum, qui eloquentium in ,, doctrina ecclesiastica virorum venerint Hierosolymam, putantes minus habere scientiae ... nisi in ,, illis Christum adorassent locis, ,, de quibus primum Evangelium de ,, patibulo coruscaverat ,,.

(2) Claruit III. seculo, ac Martyr decessit. Hunc Eusebius Lib.VI. Hist. Cap. XI. narrat Hierosolymam contendisse, *orandi*, sanctorumque *locorum visendorum gratia*. Eumdem *desiderio Sanctorum Locorum* Hierosolymitanum iter suscepisse scribit S.Hieronymus, de Viris illustribus Cap.LXII. p. 118. Tom. IV. opp. P. II. Edit. Paris. Martianaei. Idem iter perfectum a Firmiliano Caesariensi seculo illo III. fuisse, auctor est Hieronymus ipse ibid. cap. LIV. pag.116. Qua ex re intelligitur, quanto in errore versentur Protestantes, qui ante Constantinum nullos fuisse Christianos pugnant, qui Religionis gratia in Palaestinam profecti sint.

(3) Vide S.Hieronym. Epist.XLIX. ad Paulin. p.564.

lius (1), Gregorius Nyssenus (2), et alii (3), quorum insignis ob egregiam doctrinam, atque virtutem fuit existimatio, et celebritas.

De dissensionibus Principum belli sacri causa Palæstinam petentium quod scribis, inane est. Nam si ob dissensiones, quæ oriri possint, orianturve, desistendum Principibus est a suo, sociorumque tuendo jure; nullum jam bellum parandum eorum cuiquam esset, quum nullum umquam fere susceptum bellum fuerit, quod non aut præverterit, aut fuerit subsequuta dissensio.

Sed intelligo, eo te confidentiæ pertigisse, ut calumnia etiam scripseris, idcirco libros in Expeditiones Crucesignatorum editos, fuisse damnatos ab Apostolica sede, quo sustineretur ignorantia, genusque hominum tenebris involveretur. O te beatum, qui istiusmodi libros (secus atque Roma caverit) legens, sic evaseris doctrina, eruditioneque (ut est hisce litteris demonstratum) ornatior! Verum quid *legens* dixi, cum eos te libros suspicer ne vidisse quidem? Sed fac legeris, adeone hebes, bardus, stipesque es, tantisque in tenebris ἀλογιστίας

(1) De S. Basilio Magno confer opus *De vitis Patrum* Lib. I. pag. 154. Edit. an. 1615. et Basilium ipsum Epist. CCXXIII. num. 2. p. 337. T. III. opp. et Epist. XLV. pag. 133. Edit. Paris. Garnerii an. 1730.

(2) S. Gregor. Nyssen. Epist. *qua ituris Hierosolymam profectionem* dissuadet Tom. II. opp. pag. 1084. Edit. Paris. an. 1615.

(3) Confer Euseb. Caesariens. lib. VI. Demonstrat. Evangel. cap. XIII.

Digitized by Google

versare, ut legens non plane perspexeris, librorum, qui accurate, exacteque ad historiam, Patrumque doctrinam perscripti essent, ab Ecclesia Romana fuisse reprobatum omnino nullum ? Quod si aliquem putas, eum abs te in prospectum quorumvis judicum produci volo. Vincam, aut mentiri te; aut librum, quem tute accurate perscriptum dices, plenum esse erroris, et mendaciorum. Atque hoc etiam restat scilicet, ut quod erroribus, mendaciisque refertum est, id omnium manibus terendum pugnes, dissipandarum tenebrarum, tollendaeque ignorantiae causa. Qua re quid fingi potest absurdius ? Vetus ista cantilena novatorum est, eo sua, suique similium opera ab sede Apostolica rejici, tollique de manibus orthodoxorum, quo his ignota sit veritas, quasi vero novitas secum veritatem ferat, noctesque non obducat, sed affundat lucem.

In tribunal Inquisitionis invehitur Anonymus, multaque in illud turbat falso, atque calumnia.

XXII. At *ignibus exuruntur Libri, libri autem? Immo etiam auctores, idque jussu ejus prætensi Tribunalis, quod Inquisitionis vocant. Atque id Tribunal immite, crudele, truculentum in eos saevit, qui aliquod dent indicium suae ad veritatem propensionis. Id tribunal quod adeo inhonorat nostram sanctam Religionem, administratum in primis, defensumque est a filiis sancti Dominici, et Sancti Francisci.* Tua haec sunt, tuaeque catervae jacta in Inquisitores haereticae pravitatis convicia. Quam vero plena calumniae sint, mox videro.

videro. Interea abs te sciscitor, qui nexus horum sit, quaeque cum inscriptione tui opusculi colligatio? Nam tu de *Papatu* quaeri abs te mones quid sit, hoc est, quae sint ejus potestatis jura, quae praerogativae, quae privilegia; non de *Inquisitione*, ejusque ratione judicandi, atque agendi. Sed tu (modo maledicentia quantum possis, ostendas) non consideras, cohaerentia ne, an aliena, pugnantiaque loquare.

Sed ad rem venio. Exuruntur libri. Fateor. At exuruntur Inquisitionis jussu. Id quoque concedo libens. Verum qui libri? Ii scilicet, quibus indicitur orthodoxae, eidemque sanctae Religioni bellum. Unum mihi indices postulo, eorum librorum, qui ejusmodi non fuerit, flammisque tamen absumptus fuerit edicto Inquisitorum. Jam nullus cum sit, qui tandem tu ullum indices? Quid? An vitio dabis Inquisitioni, quod infestos, atque inimicos religioni libros exurendos, hoc est pestem ab Ecclesiæ catholicae finibus avertendam praeceperit? Id si feceris, quid erit reliqui, nisi ut Paulum Apostolum insectere, qui voluerit, ut *curiosa sectantium* (1) libri cremarentur? Nam de Synodo Nicaena, deque Constantino Augusto, si tibi constes, non dubito, quin expostules, quasi patrocinium susceperint ignorantiae, propterea quod libellos Arianorum dila-

V

(1) Act. Apostol. Cap. xix. v. 19.

cerarint (1) , opusque damnarint , flammisque absumi jusserint , quod ediderat Arius , *Thaliamque* inscripserat (2) . Cum enim eorum , qui rebus novis studeant , libellis , si proponantur omnibus ad legendum , afferri putes stabilem rerum , exquisitamque scientiam ; sustineri contra ignorantiam , si proscribantur ; quid est , quod ei Synodo parcendum arbitrere , quae opuscula rejecerit Arianorum, qui (ita ut modo tu , foederatique tui) palam se unos sapere , ceteros in summa rerum ignoratione versari praedicabant (3) ? Acrius autem , quam in Synodum Nicaenam , ages in Pontifices Anastasium I. qui Origenis libros e manibus tolli jussit orthodoxorum (4), Innocentium I. (5) , Leo-

(1) Vid. Gelasium Cyzicenum in Act. Concil. Nicaeni Cap.xxv.p.422. Tom.I.Concilior.Edit.Paris.an.1714.

(2) Socrat. Lib I. Histor. Cap.ix. pag. 26. sqq. Edit.Taurin. an. 1747. et Sozom. Lib.I. capite xxi. p.37.

(3) Sinod. Alexandrina an. 321. haec de Arianis memoriae tradidit T.I. Concilior. p 303. „ Qui aciem „ (ad religionis dogmata oppugnanda) instruxerint , non mirum , „ si nos maledictis lacerare non „ vereantur . Qui etiam neminem „ volunt ex antiquis Patribus sibi „ comparari ; neque illis, quibus nos „ ab ineunte aetate usi sumus praeceptoribus, se pares existimari sinunt . Immo nec unum quidem „ collegarum nostrorum satis doctum „ esse censent; sed se solos sapientes , solos dogmatum inventores, „ et sibi solis ea doctrinae patefacta „ esse mysteria , quae in nullius „ umquam sub sole cogitationem , „ ac mentem venerint , arbitrantur „. Sabinus Macedonianus Patres Nicaenos ignorantiae arguit . Vide Socratem lib.I.Hist. c.ix. p.27.

(4) Epist.II. ad Johan.Hierosolymit. T. I. Epistolar. Rom. Pont. p.726. Edit. Paris. an.1721.

(5) Epist.xxxi. ad *Episcopos Aurel. Alyp. Aug.&c.* n.iv. sqq.ibid. p.902. sq.

nem I., qui Priscillianistarum libros non modo cavit, ne legerentur, sed etiam ultricibus flammis tradi imperavit (1), Gelasium I. (2), Symmachum (3), Nicolaum I. (4), quorum quidem jussu plura haereticorum, Saracenorumque opera incendio conflagrarunt. Longum est de omnibus Pontificibus dicere. Quod si vis, ut dicam, eloquere. Geram tibi perlibenter morem. Unum adhuc commemorabo Gregorium Magnum. Is vetuit, ne Codicem, qui repertus apud Anastasium Presbyterum Isauriensem fuerat, quisquam legeret (5), exempla imitatus Pontificum superiorum (6). Illud autem animadvertas, vehementer velim, quod ad locum eumdem Gregorii adnotarunt Monachi Benedictini congr. S. Mauri: „ Agnoscendam „ esse scilicet in Romanis Pontificibus libros aliquos „ prohibendi potestatem, et consuetudinem, cui pa- „ rere tenebantur etiam orientalis Ecclesiae alumni „ Cpolitano Patriarchae, aut alteri alioqu subditi „. Quid? An ita se gessere Gregorius, iique omnes, qui parendum ei esse judicarunt, sustinendae ignoran-

(1) Epist. xv. T. II. Opp. p. 70. Edit. Rom. an. 1755.

(2) Apud Anastas. Bibliothecar. in Gelas. T. I. p. 167. n. II. Edit. Rom. Vignoli an. 1724.

(3) Apud eumdem in Symmacho n. v. p. 175.

(4) Respons. CIII. ad consulta Bulgaror. p. 383. T. v. Concilior.

(5) Lib VI. Epist. LXVI. pag 842. Tom II. opp. Edit. Paris. an. 1705.

(6) Vide Gelas. I. Decret. editum in Concilio Rom. an. 492. Tom. II. Concilior. p. 938. sqq. Edit. Paris. an. 1714.

tiae causa ? Si affirmes, qua tu fronte interdum ad eum Pontificem provocas ? Sin neges, cur ignorantiam a Tribunali Inqnisitionis confirmatam fuisse pugnas ob libros, quos proscribi, incendique fecerit, faciat, qui libri non minus scateant erroribus, quam scateret is, quem Gregorius sanxerat esse damnandum? Age vero confirmataene, aut inductae ignorantiae reos statues Magnum Augustinum, Patresque ceteros Synodi IV. Carthaginiensis habitae an. 398. quod canone suo XVI. (1) caverint, *ne Episcopus gentilium libros legeret, neve haereticorum, nisi pro temporis necessitate ?* Hujus est decreti plane similis nonus Synodi VII. oecumenicae Canon. „ Si quis inventus sit (Libros Iconomachorum) occultans, siquidem Episcopus, aut „ Presbyter est, deponatur; si autem monachus, aut „ laicus anathematizetur(2). Jam hoc item canone susceptum ab ea Synodo dices, opinor, fuisse patrocinium ignorantiæ, violatumque etiam defendes jus Episcoporum. Sed quam injuria ? Nisi forte injurius, te judice, non sit, qui Œcumenicas Synodos doceri ab se etiam jus divinum velit, a quibus, si Christum audiat, sit ipse docendus. Pontificibus, atque Synodis adjunges Imperatores, hosque item ignorantiam fovisse statues. Nam et Constantinus Arii li-

(1) Tom. I. Concilior p. 980.
(2) Tom. IV. Concilior. Edit. ejusd. pag. 493.

bros (1), et Theodosius junior, ac Valentinianus etiam Nestorii, aliorumque Novatorum scripta, (2) et Marcianus Eutychianorum opuscula (3) cremari imperarunt. Neque vero erit, cur mirer, si tale quidpiam iis quoque objiciendum esse arbitrere. Nam fuisse olim, et esse etiamnum aliquos de Zosimi, ac recentiore memoria, de Volterii quidem scholis, qui idipsum auderent, quibusque certe assentiri te malle intelligo, quam Ambrosio, Optato, Augustino, Leoni, ceterisque Ecclesiæ Patribus.

Redeo ad Inquisitionis Tribunal. Quaero, cur illud non justum, neve legitimum, sed *praetensum* voces? Est, inquis, a Pontificibus constitutum. Quid? An Pontifex unitatis Ecclesiae centrum non obtinet pascendi christianos omnes, docendi, regendi, gubernandi ab Rege Regum Christo plenam potestatem (4); adeoque ea sibi præsidia parandi, quibus oves moderetur, atque in ovili contineat, ne a salutaribus doctrinae pascuis (5) abducantur, neu venenata, densisve sentibus completa pererrent? In eo

(1) Apud Socrat. Lib. I. Hist. cap. IX. p. 27. et Sozomen. Lib. I. cap. XXI. pag. 31.

(2) Confer horum Imperatorum Leges Par. IV. Actor. Synod. Ephes. Tom. I. Concilior. p. 1716. et 1719.

(3) Par. III. Actor. Synodi Chalced. cap. X. Tpm. II. Concilior. pag. 679.

[4] Iohan. Evang. cap. XXV. v. 15. Synod. Florentina in Definit. tom. IX. Concilior. pag. 423.

[5] Hoc si ad alios Pastores etiam pertinet [S. Ignat. Epist. ad Philadelph. n. III. et ad Trallian. n. VI. sqq. et ad Ephes. n. X.] quanto magis ad Pontificem Maximum?

autem genere praesidiornm, quamnam ob causam tute ponendum inficiabere Tribunal Inquisitionis, quo vix ullum est tutius, ut christiani deterreri a peregrinis, pravisque doctrinis possint ? Quod si Apostolus Paulus, *accepta a Domino potestate*, qua etiam, si opus esset, *durius ageret* (1), jure quidem suo Tito discipulo in mandatis dedit, ut haereticos homines corriperet, et post unam, alteramve correptionem, e coetu pelleret orthodoxorum, deincepsque *vitaret* (2); quid impediet, obsecro, quin idem onus imponere possit Successor Petri iis, quos aptos fore rei bene gerendae cognoverit ? Profecto quod praeformatum a Patribus est (3), quod a Pontificibus constitutum (4), quod probatum Synodis oecumeni-

(1) Epist. II. ad Corinth. c.XIII. v. 10.

(2) Epist. ad Tit. cap.III. v.10.

(3) S. August. Ep XCVI. ad Xystum Eccl. Rom. Presb. qui post Pontifex fuit, num.2. p. 545. Tom.II. opp de Pelagianis ab Sede Apostolica damnatis agens ,, sunt quidam, *inquit*, qui justissime damnatas impietates adhuc liberius ,, defendendas putant; et sunt, qui ,, occultius penetrant domos, et ,, quod in aperto jam clamare metuunt, in secreto seminare non ,, quiescunt; et sunt, qui omnino siluerunt magno timore compressi; sed adhuc corde retinent, ,, quod ore jam proferre non audent, qui tamen, possunt esse fratribus ex priore ipsius dogmatis defensione notissimi. Proinde alii *severius coercendi*; alii ,, vigilantius vestigandi, alii tractandi quidem lenius: sed non segnius sunt docendi, ut si non ,, timentur, ne perdant; non tamen negligantur, ne pereant ,,. ,, Confer eumd. August. Ep.LXXXIX. ,, ad Festum n.6. p.168. et Epistol.CLXXXV. ad Bonifac. n.7. et 10. ,, sqq. p.491. et *Lib.de Haeres.* ad ,, Quodvult cap. ,, & S. Leonem, cujus egregia teſtimonia affert Cacciarius in Exercit. ad S. ejusd opera lib.II. cap.IX. p.154. seqq.

(4) Gregor. IX. Bullar. Dominican.

cis (1), id ego legitimum esse praedico; ac te, si contra pergas dicere, nihil morabor. Quid enim morer hominem iis assentientem, qui ut libere vagetur error, errantesque impune ferant, sublatum vellent quidquid ipsis obstaculo esse posse videatur? Atque hinc illud extitit Johannis Hussi plenum fraudis, et damni pronunciatum: *Nullam haeresim debere exterminari per potentiam, sed per disputationem* (2). Quod quidem haud frustra Hussistis cessit. Nam cum in iis puniendis segniores Sacrorum praesides fuissent, Hussitica opinionum monstra latissime grassari coeperunt, qua de re Martinus V. Pont. Max. questus est graviter (3) in ea Constitutione, quam, sacro approbante Concilio Constantiensi, edidit an.1418. Atque ut is apte ad Augustini doctrinam animadvertit.,, ,, Quid faciet Ecclesiae medicina salutem omnium ,, materna caritate conquirens, tamquam inter phreneticos, et letargicos aestuans?.. Utrisque sit necesse est molesta, quae neutris est inimica. Nam

T.I. p.85. De Innocentio IV. aliisque Pontificibus, qui Tribunal idem confirmarunt, alias fortasse. T.VII. Concilior. p.175. Biterrensem an. 1233. cap. 1. sqq. ibid. p. 208. Arelat an.1234. cap. 3. sqq. p.236. Narbonensem an. 1236. cap. 5. sqq. p.251. sqq. Mitto ceteras, ne longus sim.

[1] Concil. Constantiensi approbante, edita fuit a Martino V. constitutio ad Inquisitores. T.VIII. concilior. p 905. Concil.Trid in regul. Indicis T.X. Concilior. Edit. Paris. a.1714.. E Provincialib. Synodis confer Tolosan. an.1229. can. 1. 2. et 3.

(2) Vide Syn. Constat. Sess. XV. p.413. T.VIII Concilior.

[3] T.VIII. Concilior. Edit. ejusd. p.905. sq.

„ et molestus est medicus furenti phrenetico; et pater indisciplinato filio, ille ligando, iste caedendo, „ sed ambo diligendo. Si autem negligere, et eos „ perire permittant, ista mansuetudo potius crudelitas est. „ (1) „

Sed truces fuerunt Inquisitores, suntque proinde tollendi. Miror tam esse te saevum in immerentes; quum id enitare, atque contendas, ut in errorum, scelerumque gravissimorum reos mitis esse videare. Verum quid ab Inquisitoribus actum est umquam, quod crudelitatis quidpiam prae se ferret? Nam quod tui similes (2) jactant, gravissima jejunia indicta, decretas certas, destinatasque quasdam flagellationes, formulas aliquot precum propositas ad recitandum fuisse, quae omnia si praetermisissent, uti perjuri punirentur; non equidem video quid se cum importent crudelitatis. Quotus enim quisque non plane perspiciat, multo haec esse leviora iis, quae prioribus Ecclesiae seculis ob multo minora crimina poenitentibus imponi consuerant? Quod si ob poenas ejusmodi saevitiae sunt accusandi Inquisitores; multo sane magis accusandi erunt Patres primorum temporum. Quis vero hos accusare audeat, quin ipse sit merito arguendus impotentiae animi, ac temeritatis?

[1] Martinus V. ibid. Confer S. Augustin Epist. LXXXIX. al. CLXVII. ad Festum n.6. p. 168. Tom. II. et Epist. CLXXXV ad Bonifacium al. L. n.7. et 10. sq. p.491.

(2) Limborch. Homo de Remonstrantium quidem secta lib I. Histor. Inquis. cap x pag. 40. edit. Amstelod. an. 1692.

At multi fuere necati crudelitate Inquisitorum. Nae tu vehementer erras. Condemnatos equidem multos fuisse, assentiar; sed condemnatos ab Inquisitoribus fuisse, numquam assentiar. Ab judicibus enim seculi, ex legibus Principum, reis haereseos supplicium fuit constitutum, non a ministris sacrorum. Quare Synodus Lateranensis IV. sub Innocentio III. an. 1215. can.III. pag.20. Tom. VIII. Conciliorum: „ Damnati, *inquit*, haeretici secularibus potestatibus, aut eorum balivis relinquantur animadversione debita puniendi „. Quo recidit, quod decretum a Gregorio IX. fuit contra Patarenos (1). Leges Imperatorum, Regumque in haereticos latas describere non vacat. Non plus tribus contentus ero. Harum est prior Constantini, altera Theodosii Junioris, tertia Marciani. Prior sic habet: (2) „ Illud etiam denuncio, quod si quis librum ab Ario compositum occultasse deprehensus sit, nec eum statim oblatum igne combusserit, mortis poenam subibit; simulatque enim in hoc facinore fuerit deprehensus, capitali supplicio feriatur „. In altera legitur hoc modo: (3) „ Mandamus, ut hujusmodi scripta (non aperte consen-

(1) Tom. VII. Concilior. p.163.

(2) Vid.Socrat. lib.I. cap.IX. Histor. p.27. et Sozomen. lib.I.c.XXI. pag.37.

(3) Est lex Theodosii adversus Porphyrium, et Nestorianos, et adversus Irenaeum Tyriorum Episcop. P.IV. Actor. Synod. Ephes. p.1719. Tom.I. Concilior.

„ tientia orthodoxae fidei) sive antehac, sive hoc „ quoque tempore composita fuerint, comburantur, „ ac prorsus aboleantur, ut nullo modo cuiquam „ ad legendum suppetere possint; illis qui ejusmodi „ scripta, aut libros apud se habere, ac legere ausi „ fuerint, EXTREMUM SUPPLICIUM formidantibus „. Tertiae haec est summa (1): „ Comperimus, quaedam eos in contumeliam Religionis, „ et invidiam venerabilis Synodicae destinationis fuisse mentitos, conscriptisque libris, et chartarum „ Tomis plura finxisse, quae eorum insaniam adversus veram fidem aperte signarent; atque adeo „ praecipimus, ubicumque ejusmodi scripta fuerint, „ ignibus cremari: eos vero, qui vel scripserint, „ vel aliis legenda tradiderint docendi studio, vel „ discendi, censemus, cum PUBLICATIONE BONORUM, DEPORTATIONE puniri. Docendi „ enim hanc infaustam haeresim, sicut pridem edictis serenitatis nostrae continetur, omnibus adimimus facultatem; quia ULTIMO SUPPLICIO „ coercebitur qui illicita docere tentaverit. Eos „ vero, qui discendi studio audierint scelerata disserentem, decem librarum auri mulcta compescimus. Ita enim materia subtrahetur erroris, si pec-

(1) Est Marciani ad Palladium Praefectum Praetorio adversus Eutichianos Parte III. Actor. Synodi Chalced. cap. x. Tom. XI. Concilior. pag. 679.

Digitized by Google

„ catorum et doctor defuerit, et auditor „. Jam tenes, qui fuerint auctores capitalium legum in eos, qui rebus novis studerent, sanctamque Religionem corrumpere conarentur. Quid? Hosce ne tu saevos, crudeles, truculentos dices? Sed qua demum fronte adversus antiquitatem christianam omnem, quae eórum Imperatorum pietatem, mansuetudinemque celebravit? Quod si Julianos, Zosimos, pestesque ceteras generis ejusdem, hostes non minus Christianae Religionis, quam Caesarum orthodoxerum, eorumdemque propterea Augustorum osores, calumniatoresque, quam Patres consectari malis; Volterianos tu quidem reperies assensores tibi, sed catholicos quosque adversarios merito sane tuo experiere. Sin autem Imperatores illos accusandos non esse censes, ut revera non sunt accusandi crudelitatatis; quid est, quod ut saevos, crudelesque insectere Inquisitores, qui quidquam tale numquam commiserunt? Sed fac commiserint aliquando, falsum id quidem, verum fac commiserint; qua demum hinc ratiocinandi arte horum esse tribunal tollendum efficies, quin una simul fateri cogare, funditus item esse tollendam potestatem, dignitafem, dicasteria quaeque Imperatorum? Id vero consequens ecquis tandem non graviter, indigneque ferat, nisi Pseudo-philosophi de grege Volterii, Roussaei, ejusque Anonymi, qni non explicavit, sed pervertit *systema naturae*? Verumtamen

sic habeto: non crudelitatem eam fuisse, sed pietatem, curandaeque communis salutis sollicitudinem:. *Profuit diu ista districtio Ecclesiasticae lenitati, quae etsi Sacerdotali contenta judicio, cruentas refugit ultiones, severis tamen christianorum Principum Constitutionibus adjuvatur, dum ad spiritale nonnunquam recurrunt remedium, qui timent corporale supplicium .... Ex quo autem inter Sacerdotes Dei difficiles commeatus, et rari coeperunt esse conventus, INVENIT OB PUBLICAM PERTURBATIONEM SECRETA PERFIDIA LIBERTATEM, et ad multarum mentium subversionem his malis est incitata, quibus debuit esse correcta* (1) „ Quare Synodus incerti loci in Gallia anno circiter 860. habita (2) „ Lege, *inquit*, „ lib. XVI. legis Romanae (3), lege Decreta Damasi; percurre Leonis Epistolas, et ceterorum „ Pontificum de diversis conciliis ad Imperatores „ transmissas; revolve Augustorum edicta de haereticis ad petitionem Pontificum promulgata; scrutare Caesarum nostrorum capitula, et invenies, „ quantum profuerit, atque prosit Legum severitas „ non solum Ecclesiasticae lenitati, verum totius „ christianitatis optandae paci, et colendae tranquillitati „.

(1) S. Leo Magnus Epist. XV. ad Turibium Asturicensem Praef. p. 63. Tom. II. Opp. edit. Rom. an. 1755.

(2) Tom. V. Concilior. pag. 672.

(3) Nempe Cod. Theodos. Tit. V. de Haereticis.

Quod si publicae indemnitati, tranquillitatique consulturus Princeps, in sontes ex jure animadvertit, etiam capitis inflicta poena, qua ex re fit, ut adulteratores monetarum, grassatores, aliosque gravissimorum criminum reos dira supplicia maneant; quanto magis animadvertendum in eos est, qui adulterare student sanctam Religionem, inque animas grassantur redemtas pretioso sanguine J. C.? Atque haec quidem, quae Patrum, quae Sacrarum Scripturarum est, haec, inquam, mens Praefectorum etiam Anthemii, Bassi, et Rhegini fuit. Nam hi legem Theodosii, cujus supra meminimus, publicaturi (1) „ Quid anima, *inquiunt*, quid fide pretio-
„ sius, quorum utrumque per hujusmodi (librorum)
„ lectionem laeditur, et dum Animae praecipuam
„ partem obcaecat, ut ad deteriora labatur, oc-
„ casionem praebet? Ceterum ne, si qui sunt, la-
„ teant. Simonianorum nomine illos vocandos esse
„ (Augusti) decreverunt, gravissime in illos, si
„ transgressi fuerint, in posterum animadversuri „.

At est Inquisitio infesta iis, qui indicium aliquod exhibent suae ad veritatem propensionis. Nae tu, mi homo, catholicos omnes, qui in locis degunt, in quibus est Inquisitio, tam abhorrere, defendes, a veritate, ut caveant, ne quod umquam

(1) Parte IV. Actor. Concil. Ephes. Tom. I. Concilior. pag. 1718.

dent indicium sui in eam studii, ac voluntatis. Nimirum adeo te transversum egit odium, quo vehementi in Inquisitionem agitare, ut ista tam absurda persuadere te tuis lectoribus posse speres. Quo quidem odio, te manifestae veritati tenebras offundere conantem quis non cernat, calumnia palam agere? Quid enim apertius, quam errori, seu novis, peregrinisque doctrinis indictum esse ab Inquisitione bellum, non veritati? Nisi forte tu Lutheri, Calvini, Volterii, Bulingeri, (sunt enim hi tua lumina) opinionum monstra *veritatum* appelles nomine. Id autem si ita est, quoniam tibi placet vocum tam infanda perversio, patiar jactari, Inquisitionem in eos animadvertere, qui indicia ulla praebent suae in veritatem, quam vocas, propensionis. Sed erit hoc Inquisitioni eidem tribuendum laudi, cum errantes, quos veritatis studiosos vis dici, compescere, opus sit commendatione dignissimum. Verum quid multis est opus? Ostende, cujusmodi veritates illae sint, in quas propensionis indicium ullum dari Tribunal Inquisitionis indigne ferat? At eas tu retices. Cur? Nisi quia prospicis fore, ut eas si commemoraveris, aut calumniae convincare, aut erroris, et impietatis. Sed Inquisitio, inquis, in dedecus vergit sanctae Religionis. Ego vero sic tibi confirmare certo possum: ubi Inquisitio viguit, viget, conservatam fuisse,

conservarique pergere, atque etiam propagari sanctam Religionem magno cum decore suo, ac dignitate; contra oppressam esse, contemptam, vocatam in dedecus, ac pene collapsam ubicumque vi factum est, ne vigeret. Regiones illas circumspice, e quibus id Tribunal sublatum est. Fatebere, libere ibidem, palam, procaciter etiam pro erroribus Volterii, Roussaei, Auctoris libri *de Systemate Naturae* non solum disseri, sed etiam pugnari.

At administrata diu a Dominicanis, et Franciscanis Inquisitio fuit. Est ita plane. Quid? An moleste patere? Equidem non laboro. Satis nobis erit, eorum fuisse Synodis etiam Oecumenicis, Sanctaeque Sedi probata opera. Sed Inquisitores aut decepti fuere aliquando, aut sua sunt abusi auctoritate. Sit ita. Quid? An unius, alteriusve hominis vitium Tribunali est adscribendum? Id si concesseris, eo denique rapiere, ut dicasteria quaeque excindenda esse statuas, cum nullum sit, cujus auctoritate abusus non fuerit aliquando unus aliquis ministrorum.

Verumtamen non vi, inquies, sed amore colenda Religio est. Vetus ista est Donatianorum conquestio, quibus fuisse video a Magno Augustino cumulatissime satisfactum cum in aliis opusculis suis, tum in iis, quas paulo ante indicavi, ad Festum, Bonifaciumque Epistolis. Metu namque poenae deterrentur ab errore improbi, indeque divino

praesidio adducuntur ad colendam amore, quam oppugnaverant, veritatem. Quo sane spectat τὸ *compelle intrare* (1) quo usus est Christus, dum parabolam proponeret *de implenda Domo*, hoc est Ecclesia. Qua de re consuli rursus Augustinum volo (2) Ac vereor equidem, ne id conere, ut damnata jam Waldensium, Catharorum, Beguardornm, Wicleſitarum, Hussitarumque restituatur opinio, ajentium „ Deus non vult pseudo-apostolos, et hae„ resiarchas extingui, sed tolerari, si forte resipi„ scant, et e zizaniis vertantur in triticum. Quod si „ non respiscant, serventur suo judici, cui poenas „ dabunt aliquando „. Hunc vero errorem Synodus Senonensis (3) in eorum numerum rejicit, de quibus: „ quia plures sunt haereses, *inquit*, quas in „ editis libris, aut publicis praedicationibus, aut „ familiaribus etiam colloquiis minime erubescunt „ homines perversi hodie promulgare PESTILEN„ TIBUS DOGMATIBUS ENITENTES INFICE„ RE POPULUM CHRISTIANUM; generali qua„ dam definitione tales DAMNATAE DOCTRINAE „ ASSERTIONES operae pretium est indicare, quo „ facilius vitentur. Exploratum namque est, quod „ non alia via convenientius haereticorum calumniae,

(1) Luc. Cap. XIV. vers. 21. seqq.
(2) Epist. CLXXIII. al CCIV. ad Donatum n. 10. p. 468. Tom. II. opp.
(3) An. 1528. Tom. IX. Concilior. pag. 1948.

„ haereses, atque impietates caventur, quam ubi „ deteguntur, et manifestantur (1) „. Est autem modo descripta Catharorum, Waldensium, Wiclefitarumque reprobata opinio num.35. in eo, quem Synodus ipsa exhibet *ibid.* Indiculo. Cuperem praeterea, ut ejusdem Synodi *exhortationem ad Principes Christianos* legeres, quae est *de elaborando pro haereticis exterminandis* (2). Comperies quid sit hoc in genere, quam dissimile, quamque abhorrens a Majorum sententia id, quod tu jactas esse ab ipsis Principibus expetendum.

Scio, esse ita animo comparatum te, ut Senonenses Patres amandes in turbam *fanaticorum*. Nam qui cuivis, qui abs te dissentiat, fanatismum obiicis, non equidem video, cur id illis item esse exprobrandum non censeas. Sed hoc tibi persuadeas, vehementer velim, Catholicos, qui non voce, sed re Catholici sint, numquam commissuros, ut ab ea Senonensis Concilii (quam eamdem esse norint, ac veterem, perpetuam, constantem, latissimeque propagatam Ecclesiae universae) doctrina recedant, tibi ut auscultent ignoto viro, heterodoxorum crambem recoquenti, eaque dogmata ex inferis revocanti, quae certe orthodoxi detestantur, ut quae sint, summa omnium coetuum vere christianorum consensione, diris

(1) Ibid. pag.1947. (2) Ibid. pag.1948.

devota, damnata, prodita execrationi hominum sempiternae.

At te profiteris Catholicum. Crederem, si Ecclesiam audires. Nunc autem, cum ei non solum docenti non auscultes, sed ne obtemperes quidem praecipienti; eoque labare, ut quae ab ipsa proposita ad credendum sunt, respuas; quae reprobata (velut supra est demonstratum) sectere; quid est, quod confidas, quemquam bene institutum fore, qui in numero te habeat Catholicorum? Quem autem fugiat, non defuisse, neque nunc deesse homines, *qui perversis instructi, immo destructi verborum argutiis, SUB IMAGINE CATHOLICAE FIDEI DISPUTANTES*, velut *pestiferum exhalantes virus, ut hominum recte sentientium in deteriorem partem corda corrumpant, totam veri dogmatis quaerunt evertere disciplinam* (1)? Sed taedet me, tempus diu in tuis istis paradoxis tam indignis homine orthodoxo, tam inanibus, tamque alienis a communi sensu refellendis, disjiciendisque trivisse. Itaque patiere, ut finem huic Epistolae statuam. Jam me, ad cetera quod spectat, quae sequentibus §§. complexus es, tibi sic confirmo: non feres tacitum. Agam enim de iis etiam, quamvis non tam copiose fortasse, ut hactenus; at vi tamen

(1) S. Innoc. I. Ep. xxix. ad Concil. Carthag. Tom. I. Epistolar. Rom. Pont. Edit. Paris. an. 1721. pag. 889.

monumentorum, ac rationum pondere non minore. Quam id sit brevi futurum, nescio; sed agam certe cum partem aliquam cepero quietis; atque ista, quam mihi creasti, molestia solutus, ac liber fuero. Vale.

x. kal. Apriles 1786.

[library stamp]

Digitized by Google

INDEX

EPISTOLARUM, ET PARAGRAPHORUM

EPISTOLA I.

§. I. *Inani spe pervertendorum suorum civium ductus Anonymus, instituit contra dignitatem, auctoritatemque Pontificis scribere. Quam multa peccet?* pag. 1

II. *Adversarius ad numerum se adscribit paucorum, qui hoc illuminato seculo sapiant. Quid se civibus suis de Papa demonstraturum polliceatur?* 3

III. *Quaerenti Anonymo adversario quid Papa sit? quid sint veri Catholici responsuri, ostenditur.* 4

IV. *Anonymus fanaticos ait esse eos, qui dum Anonymo ipsi adversantur, Patres sequuntur, quos Patres fanaticos Anonymus idem, si sibi constet, appellet necesse est; aut se quoque fateatur esse fanaticum.* 5

V. *Negat Anonymus, quidquam fuisse potestatis tributum Petro, quod non item tributum aeque ceteris Apostolis fuerit; atque ad id efficiendum, sacrarum scripturarum locis abutitur, in primis autem Iohannis e cap. xx. Evangelii.* 9

VI. *Confugit Anonymus ad Hieronymi auctoritatem; sed frustra. Nam est ei S. Doctoris repugnans sententia.* 12

VII. *Non minus errat Anonymus praeſidium petens a Cypriano.* pag. 15
VIII. *Locus e Cap. XXI. Evangelii Iohan. quo Anonymus abutitur, Petrum ceteris Apoſtolis, omnibus rebus, parem non efficit.* 21
IX. *Confugit ad Paullum; ſed injuria.* 24
X. *Ab Ambroſio praeſidium Anonymus poſtulat, cum tamen ei Ambroſius adverſetur; neque vero Ambroſius ſolum, ſed etiam Ambroſiaſter.* 26
XI. *Anonymus Auguſtino tribuit opus, quod Auguſtini non eſt. In eo opere ea ſtatuuntur, quae Anonymi evertunt ſententiam. Eidem Anonymo verus Auguſtinus opponitur.* 30
XII. *Ad Baſilium tranſilit Anonymus. Nihil Baſil. habet quod minus ſit conſonum doctrinae communi Catholicorum; et multa contra, quae errorem Anonymi funditus evertant.* 33
XIII. *Provocat ad Concilia. Horum tria, quae tantum indicat, gallicana ſunt, et provincialia, nihilque continent, quod ei ſuffragio eſſe poſſit. Contra, Gallicana cetera monumenta eidem adverſario vehementer repugnant, cum et VicariosChriſti Epiſcopos dici non negent; et Petrum tamen Apoſtolis, Epiſcopiſque praefectum fuiſſe demonſtrent. Idipſum oſtendunt monumenta Germanica, immo vero omnium gentium, et Synodi Oecumenicae.* 35
XIV. *Mittit Adverſarius de Petri primatu agere. Ad quaeſtionem venit, quae eſt de Petri, ſucceſſorumque Pontificum inerrantia. Refellitur auctoritate Patrum, et Synodorum.* 57

XV. *Abutitur Evangelii Matthaei loco , in quo est : dictum fuiſſe diſcipulis a Chriſto* τὸ *ſi peccaverit in te frater tuus . . . dic Eccleſiae . Oſtenditur,* τὸ *dic Eccleſiae non fuiſſe mandatum Petro ; Eccleſiaeque nomine ibi intelligi oportere Praeſides Eccleſiarum , praecipue autem Petrum. Eo denique adigitur Adverſarius , ut vel infallibilitatem tribuat Eccleſiae ſingulari cuique; vel ſi Eccleſiae vocabulo Eccleſiam univerſam indicari velit , fatendum ipſi ſit, numquam reſciturum eum, qui laeſus fuerit , num qui ipſum laeſit , audierit Eccleſiam .* 60

Locus Paulli de Eccleſia Columna veritatis adverſario nihil opis afferre poteſt . 67

XVI. *Mittit Paullum Anonymus . Auguſtinum appellat . Affert locum e libris contra Creſconium , quem ne legit quidem . Is locus ei ſubſidio eſſe nequit .* 68

XVII. *Ut ne locus quidem Auguſtini e ſecundo libro de Baptiſmo contra Donatiſtas .* 69

XVIII *Rurſum ad Paullum confugit Adverſarius . Reſtitiſſe enim Petro animadvertit . Sed ne id quidem Primatui obeſt , neque argumento eſſe poteſt , erraſſe in doctrina fidei Petrum .* 71

XIX. *Quam inepte concludat Anonymus , errare potuiſſe Petrum , propterea quod non hunc conſuluerit ſolum Paullus , ſed etiam Apoſtolos reliquos , ac ſeniores Hieroſolymis degentes .* 75

Digitized by Google

EPISTOLA II.

I. *Innocenti III. locum pervertit Anonymus, aliorsumque rapit, atque Pontifex ille voluerit.* 81
II. *Constantiensis Synodus Anonymo repugnat, etsi is ad illam confugiat.* 89
III. *Eugenii IV. auctoritate abutitur Anonymus; sed frustra.* 93
IV. *Ad Silvestrum Secundum provocat Anonymus, sed fide plane mala.* 95
V. *Mentitur Anonymus, dum alios Pontifices eadem sensisse, ac falsus Silvester, scribit.* 99
A Gregorio Magno praesidium Anonymus idem petit; verum Gregorii auctoritate refellitur. 100
VI. *Ad Bernardum confugit Anonymus, a quo tamen aperte dissidet.* 203
VII. *Negat Anonymus, Romanum Pontificem caput Ecclesiae esse cum capite humani corporis comparandum; sed quam vehementer erret, demonstratur.* 113
Rursum Synodum Basileensem testem citat opinionis suae. Etsi nihil nos ejus Synodi moveat auctoritas, eam tamen et dolo magno, et impudentia non minore citat. 118
VIII. *Implicat, pervertitque Anonymus significationem Verborum Concilii, indeque non minus perverse concludit, neque minus implicate argumenti sententiam.* 122
Opi sibi esse Xystum III. Anonymus jactat; at falso, ut solet. 124

IX. *Anonymus universe scribit, Episcopos ante nonum Ecclesiae seculum, cum ad Pontificem Romanum darent litteras, non alio usos fuisse, quam fratris titulo. Id quam sit falsum multis seculo IX. vetustioribus monumentis ostenditur.* 129

X. *Gregorium IV. primum omnium descivisse a Gregorii Magni sententia pugnat Anonymus; sed dolo, atque fallacia.* 144

EPISTOLA III.

I. *Anonymum indigne ferentem, Praesides esse permultos sacrorum, qui se Episcopos dicant Apostolicae Sedis gratia, redarguit Auctor, ac pluribus ostendit, magna illum in ignoratione antiquitatis, ecclesiasticarumque rerum versari.* 151

II. *Evangelistarum loca contorquet Anonymus, invitisque Patribus, in eam partem rapere conatur, qua confidit, se esse consecuturum, ut (secus quam veritas postulet) Episcopus dicatur nemo Apostolicae Sedis gratia.* 156

III. *Ambrosium, et Augustinum testes appellat Anonymus, ut efficiat aequa ratione omnibus Episcopis, ac Petro collatam fuisse pascendarum ovium potestatem, At liber, quem indicat, Ambrosio adscribendus non est, neque quidpiam continet, quod Anonymo eidem faveat. Ad Augustinum quod attinet, is contra statuit, quam Anonymus ipse velit.* 185

IV. *Pugnat Anonymus, nihil peculiare fuisse tri-*

butum Petro a Christo rogante, ut Petri ipsius fides non deficeret etc. Quam id sit a Patrum dogmate discrepans. 191

V. *De auctorizationibus, et ordinationibus Episcoporum quam falso Anonymus disputet.* 196

VI. *Thomassini testimoniis abutitur Anonymus, eaque secus interpretatur, quam Thomassinus idem senserit.* 203

VII. *Quam erret Anonymus Thomassinum falso appellans testem de divisionibus Episcopatuum, deque Episoporum depositionibus, restitutionibus, resignationibus disserentem.* 208

VIII. *De resignationibus, rursum quam erret graviter Anonymus, Thomassinum inclamans, qui tamen Thomassinus ei magnopere adversatur.* 222

IX. *De juramento fidelitatis, quo se Episcopi obligant Apostolicae Sedi, quodque Anonymus temere aversatur.* 225

X. *De Pallio agitur Archiepiscopali, quod Anonymus in invidiam vocat instructa calumnia.* 227

XI. *De reservatis sibi a Pontificibus maximis aliquot casibus, deque dispensationibus, et appellationibus.* 231

XII. *Ad Natalem Alexandrum, Thomassinum, Fleurium, Marcam Anonymus de Beneficiis, et Reservationibus agens provocat. Labitur; nam hi aperte ipsi, palamque repugnant.* 249

XIII. *De Sanctorum Canonizatione, quae miscet, confunditque Anonymus, plena demonstrantur erroris, et mendaciorum.* 264

XIV. *Redit ad Ordines Regulares Anonymus. Confir-*

matos a Pontifice nollet ; sed id ut confirmet, nihil adducit, quod aut ratione nixum sit, aut ad rem conferat, aut non sit plane mendax. 272

XV. *Quam erret Anonymus turpiter, pugnans, optasse Ecclesiam, ut numerus Monachorum minuatur.* 281

XVI. *Fanaticos rursum vocat eos Anonymus, qui a Pontificibus Maximis Canonizari oportere Sanctos, confirmarique Regulares Ordines debere, summamque potestatem obtineri in Ecclesia censent. Idem errata sua veritates impudenter vocat; talemque nunc exhiberi Pontificem mentitur, qualem non agnorit antiquitas.* 287

XVII. *Injuria agit Anonymus pugnans, multa sibi arrogasse Pontifices fretos inscientia Episcoporum, eosque jure non agere. Labitur praeterea, confundi ajens Patriarchalia jura cum Pontificiis; statuensque, ex veneratione Episcoporum erga Pontificem, exque allegoriis ortam esse doctrinam de eorum a Pontifice ipso dependentia.* 288

XVIII. *Cantilenam nobis de Isidorianis Epistolis integrat; sed quam falso, quamque inaniter?* 290

XIX. *Mentitur praeterea Anonymus statuens, auctam fuisse Romani Episcopi potestatem negligentia Episcoporum, ac temporalium bonorum cupiditate.* ibid.

XX. *De Assentatoribus, deque Scholasticis falsa Anonymus loquitur; perque summam inju-*

Digitized by Google

riam Reges, ac Principes oscitantiae arguit, quasi neglexerint, quae sui juris essent. 295

XXII. *De expeditionibus Crucesignatorum in Palaestinam. Quam de his non ad rem, falsoque Anonymus disputet?* 298

XXII. *In tribunal Inquisitionis invehitur Anonymus, multaque in illud turbat falso, atque calumnia.* 304

Digitized by Google

ERRATA	CORRIGE
Pag. II. lin. 13. ϰαὶ	ϰαὶ
Ibid. lin. 18. [Anonymus	[ut Anonymus
VIII lin. 23. praecarentur	precarentur
I in adnot. col. 2. linea 2. iile	ille
62 lin. 16. supernit	spernit
63 lin. 12. anscultandum	auscultandum
lin. 4. in adnot col. 2. atcipite	accipite
72 lin. 5. ill	ille
73 lin. 8. Petri	Petri.
74 in adnot. col. 1. lin. 7. vietus	victus
77 in adnot. col 1. lin. 23. era	erat
87 in adnot. col. 1. lin. 3. nnsversis	universis
88 lin. 23. lauda .	lauda
89 in adnot. col. 2. lin. 13. Bibliothecae,	Bibliothecae
90 lin. 7. Episcoporom	Episcoporum
98 lin. 2. animaderti	animadverti
104 lin. 1. nardo	Bernardo
117 in adnot. col. 1. lin. 19. coferri	conferri
137 in adnot. col. 2. lin. 7. mejoresque	majoresque
147 in adnot. col. 1. lin. 19. notter	noster
col. 2. lin. 24. vero	vere
150 in adnot. col. 2. lin. 2. sonodus	Synodus
157 lin. 16. ui	ut
175 lin. 15. aducatus	educatus
237 in adnot. col. 2. lin. 3. advens	adversus
241 lin. 22. Magistro (5)?	magistro (5)
246 lin. 9. ut illam	ut illa
249 lin. 5. disciplinaque	disciplinaeque

nero. il rosso [illegible] so